



PHOCYLIDIS
PHILOSOPHI ET POETAE APVD MILESIOS QVONDAM CELEBERRIMI

CARMINA

CVM
SELECTIS ADNOTATIONIBVS ALIQVOT DOCTORVM VIRORVM
GRAECE ET LATINE

NVNC DENVO
AD EDITIONES PRAESTANTISSIMAS
RECENSVIT
INTERPRETATIONEM LATINAM
EMENDAVIT
NOTASQVE SVAS ADIECIT

M. IOHANN ADAM SCHIER.
FREIBERGENSIS.





LIPSIAE
Sumtibus IOH. GEORG. LOEWII.
MDCCLI.

PHOCYLIDIS
PHILOSOPHI ET POETAE APVD MILESIOS
QVONDAM CELEBERRIMI
CARMINA
CVM
SELECTIS ADNOTATIONIBVS ALIQVOT
DOCTORVM VIRORVM
GRAECE ET LATINE

NVNC DENVO
AD EDITIONES PRAESTANTISSIMAS
RECENSVIT
INTERPRETATIONEM LATINAM
EMENDAVIT
NOTASQVE SVAS ADIECIT

M. IOHANN ADAM SCHIER.
FREIBERGENSIS.





LIPSIAE
Sumtibus IOH. GEORG. LOEWII.
MDCCLI.



INCLVTAE

REIPVBLICAE FREIBERGENSIS

SENATVI


AMPLISSIMO



VIRIS
EXCELLENTISSIMIS AMPLISSIMIS
CONSVLTISSIMIS AC PRVDENTISSIMIS

DOMINIS
CONSVLIBVS
PRAETORIBVS

RELIQVISQVE
SENATORIBVS CLARISSIMIS
PATRIAE PATRIBVS
INDVLGENTISSIMIS
DELICIIS CIVIVM SVMMIS
LITTERARVM SACRARVM ET
HVMANARVM PATRONIS
NESTOREA AETATE DIGNISSIMIS
MINVTVM HOC AC LEVIDENSE OPVSCVLVM
CVM OMNIGENAE ET PERPETVAE
FELICITATIS VOTO
OFFERT ET CONSECRAT
SEQVE AC SVA STVDIA CLEMENTI
IPSORVM PATROCINIO
DEMISSA PIAQVE MENTE COMMENDAT
IOHANN ADAM SCHIER.



VIRI
EXCELLENTISSIMI, AMPLISSIMI,
CONSVLTISSIMI, PRVDENTISSIMIQVE
FAVTORES OMNI CVM CVRA
MIHI COLENDI.



Quoties, quod saepissime facio, PATRES CONSCRIPTI, VESTRVM *intueor concilium, non possum non virtutem illam excellentissimam, quae in medio* VESTRVM *residet, et curis consiliisque pro republica feliciter re-*

genda grauissimis occupatur, ex merito suspicere et magni facere. Quicunque enim VESTRAM *sapientiam, morum sanctitatem, sententiarum dicendarum aequitatem, in custodiendis legibus religionem, in conseruanda ciuium salute sollertiam contemplatur, ille in* VESTRVM *admirationem raptus, et permagnam* VESTRAE *ciuitatis felicitatem, et insignem* VESTRORVM *nominum splendorem, merita laude illico celebrabit. Eadem me causa impulit, vt peruetusti Poetae* PHOCYLIDIS *scilicet carmina omni cum cura a me emendata et recensita decantatissimae* VESTRAE *humanitati dicarem* VESTROQVE *commendarem Patrocinio. Nullus*

dubi-

dubito, quin prono ac beneuolo animo testimonium hocce meae erga VOS *deuotionis sitis accepturi, vtpote qui non tam sanctae Themidi sacra facere, quam Palladi operari soletis. Licet enim,* PATRES CONSCRIPTI, *concatenatos in tuendo Iustitiae honore sustineatis; tantum tamen erga bonas litteras animis vestris fouetis amorem, vt Musis in incluto* VESTRO *Gymnasio, sede bonarum artium scientiarumque diuinarum amplissima commorantibus, beneuolum praebeatis hospitium, et, quidquid earundem commoda adiuuare queat, neque sumtibus, neque laboribus parcentes sedulo prouideatis. Quare donec liberaliores flo-*

rebunt artes, VESTRA *etiam gloria,* PATRES CONSCRIPTI, *virebit: Ego vero praepotentem ac immortalem Deum indefeſſis imploro precibus, vt ſalutaria conſilia* VESTRA *quibus inclutae perque orbem celebratiſſimae vrbis Freibergae gloriam magis magisque adaugere et bonarum artium ſtudia adiuuare et promouere ſoletis, perpetuo ſecundet,* VESTRAMQVE, *qua fruimini, proſperitatem, quam diutiſſime perennare iubeat. Dabam in Vniuerſitate Lipſienſi, Feſto S. Michaelis*

A. R. S. MDCCL.



LECTO-



LECTORI
GRAECARVM LITTERARVM
STVDIOSO
S. P. D.
IOHANN ADAM SCHIER.



Quinque effluxerunt menſes, *Lector Humaniſſime*, ex quo *Pythagorae* aurea carmina cum animadverſionibus aliquot doctorum virorum et quibusdam noſtris publicauimus. Quae cum non maligne excepta eſſe a Graecarum Litterarum ſtudioſis intelligamus, audemus in praeſenti *Phocylidis* carmina ſimiliter offerre. Fuit *Phocylides* Poeta Γνωμόγραφος, de quo licet multa a Veteribus fiat mentio, vt ab *Iſocrate*, *Dione Chryſoſtomo*, *Athenaeo*, *Euſebio*, *Iohanne Stobaeo*, *Suida* aliisque: citenturque paſſim apud Auctores eius ſententiae, tanquam Apollinis alicuius oracula: perpauca tamen de eo ſcripta extant. Nam vt de eius morte nihil habemus; ſic quo tempore natus ſit, quibus parentibus ortus,


quod vitae inſtitutum ſecutus, quotō aetatis anno vitae munere defunctus: nusquam, quod quidem legere meminerimus, ſcriptum eſt. Pauca tantum quaedam de eius patria, et tempore quo floruerit, tradita ſunt, eaque non admodum inter ſe conſtantia. Nam eum *Mileſium* fuiſſe, ex *Suida* & *Stephano* liquet. Floruiſſe porro *Phocylidem*, *Suidas* ſcribit, eodem tempore, quo *Theognidem*, Olympiade quinquageſima nona: *Euſebius* autem Olympiade ſexageſima. Ad ſcripta *Phocylidis* quod attinet, nihil eorum extat, quod ad nos pervenerit, praeter Ποίημα Νȣθετικὸν, quamuis ſcripſerit alia multa, inter quae ſunt, teſte *Suida*, ἔπη et ἐλέγειαι. Hoc ποίημα Νȣθετικὸν ſeu *Carmen admonitorium* maximi fecimus ſemper, iſtudque adeo prae caeteris dignum cenſuimus, quod non modo ſtudioſa iuuentus; verum etiam aetas omnis ſtudioſiſſime expeteret, nec vnquam de manibus deponeret. Neque id iniuria, propterea quod, praeſtantiſſimo *Barthio* iudice, elegantia, cultu orationis numerorumque aptitudine nulli optimorum vatum concedit, ſententiarum vero ſanctimonia omnes antecedit. Hinc etiam varias multis in locis et diuerſis temporibus editiones Phocylidis licet conſpicere. Quae autem cum vetuſtate temporis ita diſtractae ſint, vt in bibliopoliis fruſtra quaerantur; non male ſtudium nos eſſe, tempusque collocaturos

exiſti-


exiſtimabamus, ſi eius recenſendi, illuſtrandique laborem nobis ipſi imponeremus, eumque in ſtudioſae iuuentutis gratiam euulgaremus. Ne autem ſis neſcius, *Lector Amantiſſime*, quid in hac noſtra editione ſit praeſtitum, paucis rem habe. Primum Graeca vt quam emendatiſſime ederentur, nulli pepercimus operae. Inde praeſtantisſimas circumſpeximus editiones, quae prodierunt ex officinis *Aldina*, *Iuntina*, *Stephaniana*, *Gryphiana*, *Plantiniana*, *Commeliana*, *Operiniana*, *Frobeniana*, *Wecheliana* etc. easque contulimus ſtudioſe. Secundo in Latina interpretatione multa fecimus meliora. Tertio varias Lectiones, quas *Henricus Stephanus*, *Fridericus Sylburgius* et *Iacobus Lectius*, triumuiri omni laude maiores, collegerunt, in calce cuiusque paginae adiecimus. Quarto, vt editionem noſtram luculentiorem redderemus, ſelectas aliquot doctorum virorum obſeruationes addidimus. Debet autem, ne et hoc neſciat, Lector, Obſeruationes iſtas viris in antiquis litteris exercitatiſſimis et plane ſummis, *Friderico Sylburgio*, *Mich. Neandro*, *Vito Amerbachio* et *Ioh. Alberto Fabricio*, quibus et quasdam de noſtro adiunximus. Quinto etiam circa editiones haud infima laboris noſtri cura verſata eſt, vt quam pleniſſimam et accuratiſſimam earum hiſtoriam Lectori exhiberemus, non e catalogis vndique et oſcitanter corraſam, ſed quantum fieri

fieri potuit, inſpectis et euolutis libris ipſis et haud negligenter conſideratis, contextam ac concinnatam. Denique duplicem indicem, alterum vocum, alterum auctorum in libello adductorum adpoſuimus.

Qualiacunque autem ſint, quae praeſtiterimus, vehementer optamus, vt multum vtilitatis exinde redundet ad iuuentutem Graecis litteris operantem. Cui voto noſtro ardentiſſimo ſi Deus annuerit, ſatis amplum praemium laboris noſtri tuliſſe nos exiſtimabimus. Vale, et, ἐὰν ὁ κύριος θελήσῃ intra paucos menſes *Bionem* et *Moſchum* a nobis expecta. Scripſi in Vniuerſitate Lipſienſi, d. XXX. Sept. MDCCL.



INDEX



INDEX

EDITIONVM PRAECIPVARVM PHOCYLIDIS CARMINVM *a*)



Venetiis in 4 apud ALDVM MANVTIVM, 1494 Romanum, Graece et Latine cum CONSTANTINI LASCARIS *b*) aliisque quibusdam opusculis. Meminit huius sine dubio omnium primae et rarissimae editionis *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. I

a) Equidem praestantissimi viri *Ioh. Alb. Fabricius* in Biblioth. Graec. Libr. II, c. XI, p. m. 444 seq et *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. V, P. II, p. 143 varias Phocylidis retulerunt editiones. Cum autem permultas ab ipsis omissas esse intellexerimus, nos omnem curam diligentiamque adhibuimus, quo longe pleniorem adcuratioremque Editionum Phocylidis indicem conficeremus.

b) CONSTANTINI LASCARIS, cuius Graecos inter exules, qui Graecas litteras Seculo a nato Christo decimo quinto in Italia restaurarunt, immortale nomen

T. I p. 577, itemque S. V. *Christian. Frider. Boernerus* de doctis hominibus Graecis Litterarum Graecarum in Italia instauratoribus Libro p. 1 6 seq.

1495 *Venetiis* in fol. apud *Aldum Manutium*, Graece. In hac editione, quam *Aldus Guarino* Veronensi dedi-

men est, elogium conscripsit HIERONYMVS RAGVSA, *Siculus Motycensis*, Soc. I., de quo videri potest ANTONINVS MONGITORIVS Biblioth. Siculae T. II, p. 284. Praemisit illud suis *Siculorum, qui veterum memoria litteris floruerunt, elogiis*, Lugduni primum, anno MDCXC editis, et in *Thesauri Antiquitatum et Histor. Siciliae* Vol. XIV recusis, quippe quibus ipsius CONSTANTINI *de Scriptoribus Graecis, patria Siculis*, inseruit commentationem. Auctior istius Ragusae libri editio, sub titulo: *Siciliae Bibliothecae veteris*, prodiit Romae MDCC. Copiosius quidem *Constantini Lascaris* vitam exposuit, in memorandis eius laudibus nimius fere, ac prodigus, PLACIDVS REYNA in *vrbis Messanae notitia historica*, quam Italico idiomate scripsit edidítque Messanae 1658 et 1668, quaeque ab illustri Cancellario de MOSHEIM Latine conuersa, notisque locupletata, paulo ante laudati *Thesauri* Vol. IX inserta est, P. II, p. 22 seq. item conf. de eo *Petr. Bayle* in Diction. Histor. et Crit. T. III, p. m. 56 *Iosephus Anton Saxius* in Historia typographico Litteraria Mediolanensi p. 157. S. V. *Christian. Fridericus Boernerus* de doctis hominibus Graecis Litterarum Graecarum in Italia instauratoribus, p. 170 seq. *Eiusdem* Diss. de altera migratione litterarum Graecarum e Graecia in Italiam, Lipsiae 1704 habita et HVMPHREDVS HODIVS, *Graecae Linguae hodie Professor Regius et Archidiaconus*

dedicauit, leguntur ſequentia Opera. THEOCRITI *Eclogae triginta. Genus* THEOCRITI *et de inuentione Bucolicorum.* CATONIS *Romani ſententiae paraeneticae diſticha. Sententiae ſeptem ſapientum. De inuidia.* THEOGNIDIS *Megarenſis Siculi Sententiae Elegiacae. Sententiae monoſtichi per capita ex variis poetis. Aurea carmina* PYTHAGORAE. PHOCYLIDIS *carmen admonitorium. Carmina Sibyllae Erythreae de Chriſto Ieſu, domino noſtro. Differentia vocis. Heſiodi Theogonia. Eiusdem Scutum Herculis. Eiusdem Georgicon Libr. II.* Licet oppido rara ſit haec editio, vti omnes Aldinae, attamen mihi tam felici eſſe contigit, vt tria exemplaria oculis vſurpare potuerim. Memoratur in *Catalogo Bibliothecae Publicae Vniuerſitatis Lugduno - Batauae* p. 274, item *Biblioth. illuſtriſſimi et Reuerendiſſimi* CAROLI MAVRITII LE TELLIER, *Archiepiſcopi Ducis Remen-*

conus Oxonienſis de Graecis illuſtribus, Linguae Graecae litterarumque humaniorum inſtauratoribus, eorumque vitis, ſcriptis et elogiis, qui liber eleganter ſcriptus, Londini 1742 in 8 prodiit. De cetero clariſſimus *Ioſephus Ant. Saxius* l. c. p. 176 ALDVM Graecae ſuae typographiae a grammaticis CONSTANTINI LASCARIS inſtitutionibus et *Phocylidis* noſtri carminibus 1494 impreſſis, exordium duxiſſe, inde colligit, quod in praefatione ipſe, laborum ſuorum quoddam quaſi praeludium illa opuſcula eſſe profiteatur. *Michael Maittaire* autem in Annal. Typogr. T. I, p. m. 33 ſeq. *Muſaei* de Herone et Leandro poemation pro primo, quod *Aldus* emiſerit, ſuorum in typographia laborum ſpecimine vult haberi.

Remensis &c. p. 393, *Ioh. Alb. Fabricii* Biblioth. Graec. Libr. II, c. 8, p. m. 382 et c. XI, p. 445 (Edit. tertiae) *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. I, p. 591.

.... *Florentiae* in fol. maiusculis litteris, sine temporis indicio, sed eodem, vt opinatur *Michael Maittaire*, aut forsan praecedente anno. Haec editio cum *Aldina* modo memorata omnino conuenit. Conf. *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. II, P. I, p. m. 356.

1507 *Parisiis* in 4 curante *Francisco Tissardo*, apud *Guil. Gurmontium* prodiit hoc titulo: *In hoc volumine contenta: Alphabetum Graecum, Regulae pronuntiandi Graecum. Sententiae septem Sapientum. Opusculum de inuidia. Aurea carmina Pythagorae. Phocylidae Poema admonitorium. Carmina Sibyllae Erythraeae de iudicio Christi venturo. Differentiae vocum succincta tractatio.* Meminit huius editionis, quam frustra in Catalogis praestantissimarum bibliothecarum inquisiui *André Cheuillier*, Docteur et Bibliothecaire de Sorbone dans L'origine de l'imprimerie de Paris Dissertation Historique et Critique, p. 249 item *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. V, P. I, p. m. 442.

1512 *Parisiis* in 8 curante *Hieronymo Aleandro b*) conf.

c) De *Hieronymo Aleandro*, qui primum Professor Graecarum litterarum Parisiis, deinde Episcopus Brundisinus et tandem S. R. E. Cardinalis factus est et Romae tabe extinctus obiit d. 9 Dec. natali suo 1542, aetat. 62, conf. *Pauli Iouii* Elogia virorum litteris illustrium, p. 181 seq. *Pauli Freheri* Thea-

conf. *André Cheuillier* l. c. p. 251 et 253 et *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. V, P. I, p. m. 442.

Venetiis in 4 apud *Aldum Manutium*, vna cum 1512
Conſtantini Laſcaris de octo partibus Orationis Libr. III, item *Cebetis* tabula, *Pythagorae* aureis carminibus et aliis opuſculis. Conf. *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. II, P. I, p. 240, S. V. *Chriſtian. Frider. Boerneri* Liber de doctis hominibus Graecis, Litterarum Graecarum in Italia inſtauratoribus p. 177; *Catalogus Biblioth. Bünauianae*, T. I, p. 81.

Florentiae in 4 Opera et ſumtu *Philippi Iuntae*, 1515
cum *Conſtantini Laſcaris* Grammaticae Libris tribus, 1) de octo partibus orationis, 2) de conſtructione, 3) de nomine ac verbo, itemque de pronomine, quoad omnem dialectum, vſumque poeticum libello: quibus alia quoque nonnulla addita ſunt opuſcula. Graece cum interpretatione Latina omnia haec impreſſa ſunt. Hanc raram *Iuntinam* editionem apud S. V. *Chriſtian. Frider. Boernerum*, ſacrarum litterarum in Vniuerſitate Lipſienſi primarium hodie doctorem nobis videre licuit, cuius praeſtantiſſima bibliotheca editionibus *Aldinis*, *Iuntinis*, *Stephanis* nulli in tota Germania concedit.

Argentorati in 4 *Ioh. Knoblouch* formulis excu- 1515
ſit (excudit) hoc titulo: In hoc opere continentur:

Theatrum virorum eruditione clarorum P. I, p. 29, *Petr. Bayle* Diction. Hiſtor. et Critic. T. I, p. m. 153 (Edit. Germ.) *Iani Nicii Erythraeae* Pinacothec. imaginum illuſtrium P. I, p. 45.

tur: Hesiodi Ascraei duo Libri Georgicon ἔργα καὶ ἡμέραι, id est, Opera et dies, saluberrimis pleni doctrinis. Catonis Romani moralia instituta. Tabula Cebetis Thebani miro ingenio, qua ad virtutem pergas, viam insinuans, et alia quaedam. Neque in titulo, neque in calce annus editionis expressus est, in celeb. *Maittre* autem Annal. Typogr. T. II, P. I, p. m. 270 annus 1515 designatus est. Hanc editionem infrequentem paucissimisque notam nos ipsi possidemus.

1519 *Hagenouae* in 4 ex Academia *Thomae Anshelmi* Graece et Latine. Cura *Ioh. Setzeri*, Lauchensis iuuenis. Huius editionis non adeo obuiae mentionem faciunt *Thomas Hyde* Catalog. impressorum librorum Bibliothecae Bodleianae in Academia Oxoniensi, p. m. 55. (Edit. prioris) *Ioh. Alb. Fabricius* Biblioth. Graec. L. II, c. XI, p. m. 444. S. R. *Christianus Frid. Wilischius*, Eccles. Freiberg. hodie Pastor Primarius et Superintendens longe celeberrimus in Indice Bibliothecae, quae in vsum illustris Gymnasii Fridericiani Altenburgi augescit, p. 149; *Catalog. Bibliothecae Bünauianae*, T. I, p. 81. Neque in rubro, neque in calce annus editionis indicatus est; sed in doctissimi *Carol. Christian. Hirschii* Librorum ab anno vsque ad annum L Seculi XVI typis exscriptorum Millen. II, p. 15. annus 1519 positus est.

1521 *Basileae* in 8 apud *Ioh. Frobenium*, d) cum *Aesopi*

d) *Ioh. Frobenius*, Hamelburg. Francus, fuit Typographus Basileensis eruditissimus et diligentissimus, obiit

Aesopi Fabulis et Scriptoribus aliquot Gnomicis. Conf. *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. V, P. I, p. 11.

Venetiis in 4 apud *Melch. Sess et Petr. de Ravan.* conf. *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. V, P. II, p. 7. 1521

Augustae Vindelicorum in 8 per *Simbertum Ruff*, expensis D. *Sigm. Grim.* Conf. *Caroli Christian. Hirschii* Librorum et anno I vsque ad annum L Seculi XVI, typis exscriptorum Millen. III, p. 26. 1523

Parisiis in 8 apud *Christian. Wechelum*, Graece et Latine. Vid. *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. III, P. I, p. 306 et T. V, P. II, p. 143. 1539

Argentorati in 8 vna cum *Pythagorae* aureis carminibus ex recensione *Viti Amerbachi e*). Quae editio frequenter recusa fuit vt *Lugduni* 1556 in 8 apud *Ioh. Tornaesium* et *Guil. Gazeium*, *Argentorat.* 1545, apud *Crotonem Mylium* et ibid. 1561, et 1565 in 8 *Lipsiae* 1572, 1576, 1539

B 2 1578,

obiit 1527. Ab *Erasmo Rotterodamo* laborum socio impense laudatur Libr. II, Epist. I et 13. Generum *Nic. Episcopium*, et filium *Hieronymum Frobenium* Typographos celebres habuit. Vitam eius exposuerunt *Henr. Pantaleon* Prosopogr. P. III, et *Melch. Adami* in Vitis Germanorum Philosophorum p. m. 63.

e) De *Vito Amerbachio*, Philosopho quondam in Vniuersitate Ingolstadiensi celeberrimo, vid. *Henr. Pantaleonis*, Physici Basileensis Prosopogr. P. III, p. 321, *Theissier* Eloges T. I, *Iac. Aug. Thuani* Histor. sui Temporis Libr. XIX, *Gerardi de Stockken* Thuanum Enucleat. P. II, p. 275.

1578, 1580, 1594, 1603, 1622 in 8 *Wittebergae* 1579 in 8. Conf. *Thomae Heyde* Catalog. Biblioth. Bodleianae p. m. 55. *Franc. Barberini*, S. R. E. Cardinalis Biblioth. T. II, p. 205, *Becmanni* Catalog. Biblioth. Vniuerſ. Francofurtanae p. 354, *Catalog. Bibliothecae Reimannianae* p. 441, *Georg. Draudii* Biblioth. Claſſ. p. 1574, *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. III, P. II, p. 683 et T. V, P. II, p. 14?, *Ioh. Alb. Fabricius* Biblioth. Graec. Libr. II, c. XI, p. m. 444; *Carol. Chriſtian. Hirſchius* Librorum ab anno I vsque ad annum L Seculi XVI typis exſcriptorum Millen. IV p. 73.

1540 *Florentiae* in 8 apud *Benedictum Iuntam*, vna cum Heſiodo, Theognide etc. Huius rariſſimae editionis, quam in inſtructiſſimis etiam Bibliothecis fruſtra quaeſiuimus meminit *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. V, P. I, p. 482.

1543 *Venetiis* in 8 ex officina Farrea prodiit hoc titulo: *Heſiodi Opera et Dies, et Theogonia et Clypeus, Theognidis Sententiae, Sibyllae Carmina de Chriſto, quorum mentionem facit* EVSEBIVS *et* AVGVSTINVS, *Muſaei Opuſculum de Herone et Leandro, Orphei Argonautica, Phocylidis* etc. Graece.

1544 *Pariſiis* in 4. Conf. *Thomae Hyde* Catalog. Bibliothecae Bodleianae p. m. 55.

1547 *Antwerpiae* in 8, Typis *Ioh. Graphei.* Vid. *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. III, P. I, p. 401, et T. V, P. I, p. 312.

Baſi-

Basileae in 8, ex officina *Ioh. Operini f*), vna 1547
cum *Constantini Lascaris* Byzantini, de octo partibus orationis Libris III. Vid. *Thomae Hyde* Catalog. Biblioth. Bodleianae p. m. 55, et *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. V, P. II, p 7. *Car. Christian. Hirschii* librorum ab anno I vsque ad annum L Seculi XVI typis exscriptorum Millen. IV, p. 77. Extat haec editio in Bibliotheca Senatus Reipublicae Lipsiensis Magnifici, ex qua, permittente illustri *Mascouio*, mecum communicata fuit.

Francofurti in 12 apud *Petrum Brubachium*, 1549
Typographum, *Graece*, cum *Hesiodi* Ἔργ. καὶ ἡμέρ. item *Theognide* et *Pythagorae* aureis carminibus. Editionem hanc oculis vsurpauimus. Adest in Bibliotheca publica Senatus Lipsiensis Magnifici. Conf. et *Biblioth. Vffenbach.* T. I, p. 689.

Leidae in 16. vid. *Franc. Barberini* S. R. E. Cardi- 1549
nalis Biblioth. T. II, p. 205.

Basileae in 8 apud *Ioh. Operinum*, in *Ioachimi Ca-* 1551
merarii g) Libello Scholastico, quo continentur:

 Theo-

f) *Ioh. Operinus*, vero nomine Herbst, Basil. Med. et Philologus doctissimus Professor Graecae Linguae, post *Typographus* obiit 1568. vid. de eo *Henr. Pantaleonis* Prosopogr. P. III, *Melch Adami* Vitas Germanorum Philosophorum p. m. 242 seq. *Iac. August. Thuani* Histor. sui temporis Libr. XLIII et *Gerardi de Stoekken* Thuanum enucleat. P. II, 172.

g) *Ioach. Camerarius* Bamberg. Norimbergae, Tubingae et Lipsiae docuit, vir animi et corporis dignitate,

Theognidis Praecepta, *Pythagorae* aurea carmina, *Phocylidis* carmina, *Solonis*, *Tyrtaei*, *Simonidis* et *Callimachi* quaedam carmina. Graece. Quae editio ibidem 1555. in 8 recusa fuit. vid. *Illustrissimi et Reuerendissimi Caroli Mauritii le Tellier, Archiepiscopi Ducis Remensis Bibliotheca* p. 396; *Catalogus Bibliothecae publicae Uniuers. Lugduno-Batav.* p. 247 et *Ioh. Alb. Fabricii* Biblioth. Graec. Libr. II, c. XI, p. m. 441.

1553 *Parisiis* in 4 apud *Guil. Morellum h*). vid. *Mich. Maittaire* Annales Typogr. T. V. P. II, p. 442.

1553 *Parisiis* in 4, apud *Adrianum Turnebum i*), typis

tate praestans mort. 1574. Vitam eius descripserunt *Thuanus* Libr. 59. GERARDVS DE STOEKKEN *Thuan. Enucleat. P. II, p. 138. Henr. Pantaleon.* in Prosopogr. P. III, *Melch. Adami* in vitis German. Philos. p. m. 258. et *Clarmundus* in vitis clarorum virorum P. VI.

h) *Guil. Morellus*, Tilianus Gallus, Graece doctissimus, ab *Adriano Turnebo*, Successor in Typographia Regis Galliae denominatus obiit 1564. Eius vitam *Thuanus* more suo paucis descriptam inseruit Historiae suae Libr. XXXVI, et *Gerard. de Stoekken* Thuan. Enucleat. P. II. p. 100.

i) *Adrian Turnebus*, Andelia-Rotomagensis, singulare sui seculi decus Polyhistor Magnus, Typographus et Professor Regius m. 1565 conf. de eo *Thuanus* L. 38. p. 714. *Gerard de Stoekken* Thuan. Enucleat. P. II. p. 2. seq. *Scaeuolae Sammarthani* Elogia Gallorum Libr. II, p. m. 83 seq. (Edit. Heumanni) *Bluntii* Censura p. 689 seq. *Clarmundus* Vitarum P. I, c. 22. *Georg. Matth. Koenigii* Biblioth. Vet. et Nou. p. 821, *P. Nicerons* pour servir a l'histoire des

typis regiis cum Theognidis et 15 aliorum poetarum antiquissimorum sententiis. Graece et Latine. vid. *Mich. Maittaire* Annales Typogr. T. III, P. II, p. 442 et T. V, P. I, p. 442 *Bibliothec. Heinsiana* P. II, p. 73, n. 53, et p. 75, n. 95. *Bibliothec. Moetjiens* p. 310.

Venetiis in 8 apud *Paulum Manutium, Aldi* filium 1557 cum *Constantini Lascaris* Grammatica, aliisque Opusculis. Hanc editionem quantacunque diligentia quaesitam, nobis videre non licuit. Meminit illius *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. III, P. II, p. 701.

Basileae in 4 Graece et Latine cum aliis Scripto- 1559 ribus Gnomicis Graecis, ex recensione *Mich. Neandri* k).

Basileae in 8 Graece et Latine cum aliis Poetis 1561 Graecis, ex recensione *Iacobi Hertelii*, Curiensis. In hac collectione praeter *Theognidem* cum versio-

 ne

des hommes illustres dans la republique des lettres, T. XXXIX. p. 334.

k) de *Vita Mich. Neandri*, Sorau. Lusati, Northusanae inde Ilfeldensis Scholae Rectoris celeberrimi vide *Theissier* Addit. aux Eloges des H. S. par Mr. de Thou. T. III. p. 198 seq. *Melch. Adami* Vitas German. Philosoph. p. 395 seq. *Guil. Buddei* Thanatologiam cum Scriptoribus Rerum German. Leukfeldi et Heineccianis editam ad annum 1595. *Clarmundi* vitas clarorum virorum Germanice editas P. VI, p. 22. *Iac. Aug. Thuani* Histor. Sui Temporis Libr. CXIII. et *Gerardi de Stoekken* Thuan. Enucleat. P. II, p. 213 seq.

ne *Eliae Vineti l*) et notis *Phocylidemque* continentur: *Pythagorae* aurea carmina, Fragmenta ex elegiis *Solonis*, *Tyrtaei*, *Naumachii*, *Callimachi*, *Mimnermi*, *Eveni*, *Rhiani*, *Eratosthenis*, *Panyasidis*, *Lini*, *Menecratis*, *Posidippi*, *Metrodori*, *Simonidis* sententiae. Hanc *Hertelii* collectionem Poetarum Graecorum integram Graece et Latine recudit *Ioh Crispinus m*) *Geneuae* 1569 et 1584 in 12. Repetita quoque fuit *Lipsiae* 1576 in 8 apud *Ioh. Rhambam*, 1591, 1600 et 1613 in 8 typis Lambergianis, 166., *Helmstadii* in 8, 1692. *Wratislauiae* in 8, typis *Joh. Rudolph. Leonis*. Confer. *Franc. Barberini* Biblioth. T. II, p. 20; *Joh. Alb. Fabricius* Biblioth. Graec. Libr. II, c. XL. p. m. 448; *Catalogus Biblioth. Reimannianae* p. 441; Biblioth. Vilenbrouckiana P. III, p. 174.

Nissae

l) *Elias Vinetus*, apud Santones in agro Barbeziensi natus, fuit Professor humaniorum litterarum Burdigalensis, post Conimbricensis, obiit 1587. Copiosius de eo disserunt *P. Niceron* Memoires pour servir a l'histoire des hommes illustres dans republique des Lettres T. XXX, p. 222 seq. *Scaeuola Samarthanus* Elog. Gallorum Libr. III, p. m. 175, *Iac. Aug. Thuanus* Histor. Sui temporis Libr. LXXXVIII, *Gerardus de Stoekken* Thuan. Enucleat. P. II, p. 62.

m) *Ioh. Crispinus*, Atrebas, studiorum tirocinia iecit Louanii, vbi per quinque fere annos *Guil. Mudaeum* aliosque audiuit Vixit deinde in Galliis, professione typographicae ac litterariae exercitationis clarus. Obiit Geneuae 1572 morbo pestilentiali. conf. de eo *Valerii Andreae* Biblioth. Belgica pag. 487; *Franc. Swertii* Athen. Belgic. p. 415; *Petr. Bayle* Diction. Histor. et Critic. T. II, p. m. 239.

Nissae in 8, interprete *Stephano Rigelio.* vid. 1561
Ioh Alb. Fabricii Biblioth. Graec. Libr. II, c. XI, p. m. 444; *Becmanni* Biblioth. Vniuers. Francof. p. 354.

Parisiis in fol. inter Poetas Graecos principes 1574
Henrici Stephani n) typis maioribus et luculentissimis. Hanc fere editionem postea secuti sunt, qui *Phocylidis* nostri carmina emendatissima publico dare voluerunt. Nos duo exemplaria Stephaniana, vnum ex Bibliotheca Paulina, alterum ex Bibliotheca Senatoria Lipf. ad manus habuimus.

n) *Henricus Stephanus*, *Roberti* filius, princeps sui seculi extitit Parisiensium typographorum, ab Apologiam autem pro Herodoto aufugere coactus, Parisiis in effigie igne multatus fuit. Inde Geneuae Typographus Fuggerianus factus. Obiit *Lugduni*, quo se septuagenarius contulerat 1598. Socer fuit *Isaaci Casauboni*. Conf. de eo *Iac. Aug.* Thuan. Histor. Libr. CX; *Scaeuolae Samarthani* Elogia Gallorum, Libr. IV, p. m. 240; *Ioh. Conrad. Zeltneri* Centur. eruditorum Correctorum p. 515 seq. *Cornel. Tollius* de infelicitate Litteratorum; *P. Nicerons* Memoires pour servir a l' histoire des hommes illustres dans republique des Lettres, T. XXXV, p. 270 seq. *Clarmundus* ille ψευδώνυμος in Vitis clarorum virorum P. VIII, p. 68 seq. et qui primo loco nominandi fuissent, *Theodorus Iansonius ab Almeloueen*, et *Michael Maittaire*, qui duo viri doctissimi singularibus libris Historiam Stephanorum exposuere. De Stephanorum vero officinis typographicis legi meretur *Burch. Gotthelf. Struuii* Diss. de typographia, quae vltimum constituit caput Introductionis in Rem Litterariam, §. XXI, p. 560 seq.

1574 *Parisiis* in 4. cum Hesiodi Ἔργ. καὶ ἡμέρ. Gallico Carmine per *Ianum Antonium Bayfium o)*; item aureis *Pythagorae* carminibus sententiisque *Phocylidis* et *Naumachii*. Editio haec extra Galliam rarissima est. Recensetur in *Ioh. Alb. Fabricii* Biblioth. Graec. Libr. II, c. 8, p. m. 385.

1577 *Lipsiae* in 4 mai. in *Mich. Neandri* Opere aureo et Scholastico *p*). Graece et Latine cum Notis.

1577 *Antwerpiae* in 8. apud *Christoph. Plantinum q*) Graece et Latine cum Theognidis sententiis, *Pythagorae* aureis carminibus etc. Memoratur haec editio in Catalogo alias adcuratissimo *Bibliothecae Heinsianae* P. II, p. 105, n. 317.

1584 *Parisiis* in 4 ex Typographia *Stephani Prevo-* edi-

o) de *Bayfio* conf. *Scaeuolae Samarthani* Elogia Gallorum Libr. I, p. m. 23. et *Marc. Anton. Muretum* Libr. III, Epist. 47, vbi eum vocat sui Seculi *Hesiodum*, Homero Gallico, i. e. *Ronsardo* supparem.

p) Quae in hoc volumine bipartito exstant Graece et Latine, editoris Scholiis illustrata, scripta, recenset praestantissimus *Fabricius* in Biblioth. Graec. T. XIII, p. 471. De raritate autem Operis in Auctione Patauiana p. 284 pro XV florenis et amplius diuenditi vid. *Ioh. Ludou. Bünemanni* Catalogum librorum impressorum rarissimorum, p. 101. Hic Lipsiae tam care non venditur. Nos possidemus exemplar, quod pro viginti grossis in auctione emimus.

q) *Christoph. Plantinus*, Turon. Gallus, fuit Typographus Regis Hispan. Antwerpiensis, vir doctissimus et Mathematicus insignis, obiit 1598. Conf. de eo *Iac. Aug. Than.* Histor. L. XCVI; *Gerard de Stockken* Thuan. Enucleat. P. II. p. 52. *Aub. Miraeus* Elog. Belg. *Paul. Freherus* in Theatr. P. IV, p. 1482.

ſteau, Graece. conf. *Mich. Maittaire* Annal. Typogr. T. III, P II, p. 790 et T. V, P. II, p. 143.

Franequerae in 8 cum THEOGNIDIS *Megarenſis* ſententiis etc. interprete *Petrejo Tiara r*). Teſte *Georg. Draudio* editio haec ibidem 1590 recuſa fuit. vid. *Ioh. Alb. Fabricii* Biblioth. Graec. Libr. II, c. XI, p. m. 441. et *Georg. Draudii* Biblioth. Claſſ. p. 1574. 1589

Francof. ad Moenum in 8 cum Theognide, Pythagora, Solone aliisque Γνωμογράφοις. Opera *Friderici Sylburgii s*). Quae editio licet ſaepius multis in locis et diuerſis temporibus repetita fuerit, inuentu tamen perdifficilis eſt. Mihi tam felici eſſe contigit, vt duas Sylburgianas oculis vſurpare potuerim editiones, quas perilluſtris Proconſul 1591

r) *Petreius Tiara* Philoſophus et Medicus inſignis natus eſt d. XV Iulii 1514 Worcomii in Friſia. Litteras Graecas in Duacena primum ac Louanienſi, deinde in Lugduno-Batauа, tandem Friſiorum Franequerana Academia vsque ad extremum vitae profeſſus eſt. Obiit Franequerae 1588. Conf. de eo *Pauli Freberi* Theatr. P. IV, p. 1480; *Valerii Andreae* Biblioth. Belg. p. 718 ſeq. *Franc. Swertii* Athen. Belg. p. 597. *Melch. Adami* Vitas German. Philoſoph. p. m. 340.

s) FRIDERICVS SYLBVRGIVS *Wetteranus*, in Schola Leihenſi, inde Neuhuſino Gymnaſio docuit, tandem *Wechelianae* et *Commelinae* typographiae inſeruiit, obiit Heidelbergae d. 26 Febr. 1596. Conf. *Thuanus* Hiſtor. Libr. CXVII, *Gerard. de Stoekken* Thuan. Enucleat. P. II, p. 84, *Melch. Adami* Vit. German. Philoſoph. p. m. 416, *Clarmundus* Vit. Clarorum virorum P. I, n. II, *Paul. Freberus* Theatr.

ſul *Ioh. Iacobus Maſcouius* ex inſtructiſſima Bibliotheca Senatus Lipſienſis Magnifici, tam elegantia, quam numero Codicum MSS. et impreſſorum vere admiranda, lubentiſſime mihi porrexit. Cui primo meo et magno Maecenati, propter ſingularem beneuolentiam publicas haſce grates iterum rependo, et longam felicemq; vitam ad vlterius Reipublicae Lipſienſis et totius ciuitatis eruditae commodum, ex animo comprecor et exopto. Recuſa autem fuit 1596 et 1597, *Heidelbergae* in 8, apud *Hieronymum Commelinum t*), 1603. *Francofurti*, in 8, apud *Ioh. Ros.* 1512, *Geneuae* in 12, apud *Euſtatium Vignon.* 1651. *Traiecti ad Rhenum* in 12. apud *Ioh. a Waesberge* 1659 et 1692, in 12, et nouiſſime 1746, ibidem in 12. conf. *Catalogus Bibliothecae Uniuerſitatis Lugduno-Batavae* p. 258, *Georgii Draudii* Biblioth. Claſſ. p. 1591, *Ioh. Alb. Fabricii* Biblioth Graec. Libr. II, c. XI, p. m. 450. *Biblioth. Vffenbach.* T. I, p. 688; *Hamburgenſes Relationes* de anno 1748, N. 77, et Praeſtantiſſimi *Bidermanni* Noua Acta Scholaſtica, Vol. I, p. 410.

1600 *Geneuae* in 16, apud *Euſtat. Vignon* cum aliis Opuſculis prodiit ſub titulo : Vetuſtiſſimorum auctorum Georgica, Bucolica et Gnomica Poemata, quae ſuperſunt, Graece, Latina verſione et annotatio-

t) *Hieronymus Commelinus*, Santandreanus Gallus, Typographus Geneuenſis, poſt Heidelbergenſis eruditiſſimus, Graecos potiſſimum auctores typis ſuis euulgauit. vid. *Thuanus* Hiſtor. L. CXIX et *Gerard. de Stoekken* in Thuan. Enucleat. P. II, p. 113. *Valer. Andreae* Biblioth. Belg. p. 387. *Georg. Matth. Königii* Biblioth. Vet. et Nou. p. 206.

tationibus illuſtrata. Accedit huic editioni *Iſaaci Hortiboni* Theocritarum lectionum libellus. Hanc editionem perilluſtris Maſcouius beneuole ex Bibliotheca Senatus Lipſ. mecum communicauit.

Pariſiis in 4, ex Typographia *Stephani Preuo-* 1602
ſteau. Vid. *Mich. Maittaire* Annales Typogr. T. III, P. II, p. m. 841.

Lipſiae in 8, prodiit titulo: *Phocylidis* Poema 1604
et Pythagorae aurea carmina, Graece et Latine cum indice Graeco omnium verborum phraſiumque, et altero locorum communium, additis *Ioachimi Camerarii* ſcholiis Graecis et notis *Wolfgangi Seberi* u) Sulani. Vid. *Ioh. Alb. Fabricii* Biblioth. Graec. L. II, c. XI, p. m. 444 ſeq. *Lippenii* Biblioth realis Philoſ. p. 251, *Catalogus Bibliothecae Reimannianae* p. 439.

Aureliae Allobrogum, i. e. *Geneuae* in fol. apud 1606
Petrum de la Rouiere in Corpore Poetarum Graecorum veterum Carminis Heroici Scriptorum, cum variantibus Lectionibus et notis marginalibus. Opera et ſtudio *Iacobi Lectii* w) Manibus tra-

u) de *Wolfgango Sebero* vide Ludouici Schul - Hiſtorie P. I, p. 121 ſeq. et *Lucii* Biogr. Ephororum Bornenſium.

w) de *Iacobo Lectio*, celeberrimo quondam Iureconſulto et Senatore Geneuenſi, qui obiit menſe Auguſti 1611, vid. *P. Niceron* Memoires pour ſervir a l'hiſtoire des hommes illuſtres dans republique des Lettres T. XXX, p. 185 ſeq. *Lud. Moreri* Dictionaire, et *Frid. Iacobi Leickheri* Vit. clariſſimorum ICtorum.

tractaui in Bibliotheca Senatus Lipsiens. Magnifici.

1612 *Lugduni* in 12, ex typographia *Iac. Mallet.* Bibliotheca Weidmanniana P. I, p. 36, n. 409.

1613 vel 1614 *Geneuae* in 8, inter Gnomicos ibi excusos. *Catalogus Biblioth. Bünauianae,* T. I, p. 81.

1622 *Lipsiae* in 8, cum notis *Ioachimi Camerarii* et *Wolfgangi Seberi.* Vid. Index Biblioth. *Franc. Barberini* S. R. E. Cardinalis T. II, p. 205.

1625 *Leidae* in 12, interprete *Iacobo Schegkio.* conf. *Francisci Barberini* Index Biblioth. T. II, p. 205.

1627 *Parisiis* in 8, cum *Theognidis*, *Pythagorae*, *Solonis* aliorumque veterum Poematis Gnomicis, Graece et Latine. Vid. *Biblioth. Vffenbach.* T. I, p. 679.

1628 *Parisiis* in 8 prodiit sub titulo: Vetustissimorum Poetarum, *Hesiodi*, *Theocriti*, *Theognidis*, *Moschi*, *Musaei*, *Bionis*, *Phocylidis* et aliorum Opera Georgica, Bucolica, Gnomica. Graece et Latine. Omnia notis suo loco necessariis illustrata et indicibus locupletata. *Catalog. Bibliothecae Reimannianae* p. 439. *Gribneri* Biblioth. P. I, p. 456, n. 5373.

1635 *Cantabrigiae* in 8. inter *Radulphi Wintertoni* Poetas Graecos minores, quos in adolescentum vsum edidit cum Latina versione, p. 446. vid. *Catalogus Bibliothecae Bünauianae* T. I, p. 81.

1652 *Cantabrigiae* in 8, inter laudati *Wintertoni* Gnomicos Scriptores Graecos. vid. *Fabricii* Biblioth. Graec. Libr. II, c. 8, p. m. 384.

1657 *Hildesiae* in 8 cum *Isocratis* orationibus III, item *Plutarcho* de Institutione Puerorum et *Pythagorae* aureis carminibus. *Ienae*

lenae in 8. typis *Caſpari Freyſchmidii* cum *Iſo-* 1656
cratis orationibus tribus ad *Demonicum* ad *Nicoclem* et *Nicocle*, item *Plutarchi* Chaeronei Padagogia. Quibus acceſſerunt *Pythagorae* aurea carmina et *Phocylidis* noſtri Poema admonitorium cum verſione *Michaelis Neandri.* Cum gratia et Priuilegio Ducis Saxoniae.

Cantabrigiae in 8. inter *Rad. Wintertoni* Gno- 1661
micos Scriptores Graecos. vid. *Fabricii* Biblioth. Graec. Libr. II, c. XI, p. m. 455.

Berolini in 8. in *Ioh. Vorſtii* x) Apoſpaſmatiis 1674
ſelectis Poetarum Graecorum. Quae editio *Francofurti ad Viadrum* 1692. in 8. recuſa fuit. Editiones caeterae, quas Catalogi nundinales Berolini 1689 et 1691 ac Francof. 1703 prodiiſſe perhibent, mihi non ſunt viſae et partim forte chimericae.

Heidelbergae in 8. cum *Iſocratis* ſaepius citatis 1678
orationibus tribus, item *Plutarcho* de Paedagogia et Pythagorae aureis carminibus.

Bruxellis in 12. apud *Ioh. Leonardum* Gallice 1699
prodiit hoc titulo: Les preceptes de Phocylide traduits du Grec avec des penſées et des peintures critiques de ce ſiecle, et une diſſertation ſur la biſarrerie des Hommes par Mr. - - del Academie Francoiſe y). *Fabricii* Biblioth. Graec. Libr. II, c. XI,

x) de rebus ad *Ioh. Vorſtium*, Philologum praeſtantiſſimum pertinentibus copioſe commentatus eſt *Ioh. Mollerus* in Cimbria Litterata T. I. p. 700 ſeq. et *Witten* in Diario Biographico.

y) Hiſpanice tranſtulerat *Phocylidem Iudaeus* celebris *Menaſſe ben Iſrael* et cum notis edere voluit teſtibus *Theo-*

c. XI, p. m. 445. *Catalog. Bibliothecae Bünauianae* T. I. p. 81. *Gottlieb Stollii Histor-Litter.* P. III, c. I, p. 613.

1702 *Numburgi* typis *Ioh. Andr. Salfeldi* cum tribus *Isocratis* orationibus a) ad *Demonicum*, b) ad *Nicoclem*, c) *Nicocle*, item Plutarchi Chaeronei Paedagogia et Pythagorae aureis carminibus. Cum gratia et Priv. Seren. Elector. Saxoniae.

1710 *Venetiis* in 8 apud *Nic. Sarum* in *Ioh. Patusae*, Atheniensis EncyclopædiaPhilologica, Græc. Vol. IV z).

1710 *Lipsiae* in 8. apud *Ioh. Fried. Gleditsch* et filium hoc titulo: ἰχθύς! *Pocylidis* Carmina Graeca e Scripturis diuinis in vsum iuuentutis studiosae illustrata et *AEgidii Menagii* aliqua addita ac Latine versa a M. *Henrico Bonick*, Gymnasii Martisburg. Conr.

1728 *Londini* in 8. inter Poetas Graecos minores ibi excusos.

1733 *Marburgi* apud *Philip. Casimir Müller* hoc titulo: Veterum Poetarum Graecorum Poemata aut Poematum Ἀποσπασμάτια selecta etc. Cura *Ioh. Ioach. Schroederi*, Lingu. Sacr. et Orient. Prof. Marburg. Ordin.

Theophilo Spicelio p. 383. coronidis Philologieae ad sacra bibliothecarum illustrium arcana retecta et *Ioh. Alb. Fabricio* Biblioth. Graec. Libr. II, c. XI, p. m. 445.

z) Rarissima haec Graecarum veterum Lucubrationum Collectio a *Ioh. Patusa*, Rectore Gymnasii Graecorum Veneti, quod *Flanginianum* appellant, facta, recensetur a *Ioh. Alberto Fabricio* Biblioth. Graec. T. XIII. p. m. 457 seq. Extat exemplar in Bibliotheca Senatus Lipsiensis Magnifici.

Φωκυλίδυ

Φωκυλίδȣ ποίημα

Νȣθετικόν.

PHOCYLIDIS CARMEN

ADMONITORIVM.



Στίχοι εἰς τὸν Φωκυλίδην.



Ὁ Φωκυλίδης εὐπρεπῆ ζήσας βίον,
ὡς χρησμύστης, * ὡς ἀπόστολος μέγας,
ὡς ἀκροατὴς τῶν Θεοῦ Θεσπισμάτων,
καὶ Μυσταγωγὸς τῶν ἀρίστων πρακτέων * *,
Εὐαγγελικῶς ταῦτα λαλεῖ καὶ γράφει,
Εὔχρηστα τυγχάνοντα τοῖς ἐν τῷ βίῳ.

Εἰς τὸν αὐτὸν ἕτερον.

Ταῦτα δίκης ὁσίῃσι Θεοῦ βουλεύματα φαίνει,
Φωκυλίδης, ἀνδρῶν ὁ σοφώτατος, ὄλβια δῶρα.

*) i. e. Christi discipulus, Oraculorum de Christo peritus.

Φωκυ-



VERSUS
IN PHOCYLIDEM.



Phocylides honeſtam degens vitam,

Vt Chryſtomyſtes, vt magnus Apoſtolus,

Vt auditor diuinorum oraculorum

Et praeceptor optimarum actionum,

Euangelice haec dicit et ſcribit,

Quae vita hac fruentibus vtilia ſunt.

In eundem alii.

Haec veneranda iuſtitia Dei oracula monſtrat,

Diuina dona, Phocylides omnium ſapientiſſimus.

* *) alii legunt πραξίων.



Φωκυλίδου ποίημα

Νουθετικόν a)

Μήτε γαμοκλοπλέειν, μὴ ἀσελγέα b) κύπριν ὀρίνειν c.
Μήτε δόλους ῥάπτειν, μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν.
Μὴ πλουτεῖν ἀδίκως, ἀλλ' ἐξ ὁσίων βιοτεύειν.
Ἀρκεῖσθαι παρεοῦσι, καὶ ἀλλοτρίων ἀπέχεσθαι.
Ψεύδεα μὴ βάζειν, τὰ δ' ἐτήτυμα πάντ' ἀγορεύειν.
Πρῶτα Θεὸν τίμα, μετέπειτα δὲ σεῖο γονῆας.
Πᾶσι δίκαια νέμειν, μηδὲ κρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.
Μὴ ῥίψῃς πενίην, ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον.

Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σε Θεὸς μετέπειτα δικάσσει.
Μαρτυρίην ψευδῆ φεύγειν, τὰ δίκαι' ἀγορεύειν.
Παρθενίην τηρεῖν, πίστιν δ' ἐν πᾶσι φυλάσσειν.
Μέτρα νέμειν τὰ δίκαια. καλὸν δ' ἐπὶ μέτρον d) ἅπασι.

Σταθ-

a) Quod hic Νουθετικὸν ποίημα inscribitur, idem esse videtur, quod *Suidas* in suo Lexico T. III, p. 627. Edit. *Lud. Küsteri* παραινέσεις et γνώμας appellat, alii, eodem teste, κεφάλαια inscripserunt, i. e. *capita exhortatoria.*



PHOCYLIDIS CARMEN
ADMONITORIVM.

Nec furtiuis nuptiis vaca, nec lasciuam Venerem exerce.
Nec dolos necte, nec sanguine manum pollue.
Caue ne ditiscas iniuste, sed ex iuste partis viue.
Esto contentus praesentibus, et ab alienis abstine.
Mendacia noli dicere, sed vera omnia loquere.
Primum Deum cole, deinde vero tuos parentes.
Omnibus iusta tribue, neque iudicium ad gratiam trahe.
Ne abiicias pauperem, iniuste nec iudica personam.
Quod si tu male iudicaueris, te Deus deinde iudicabit.
Testimonium falsum fuge, iusta loquere.
Virginitatem custodi, fidemque in omnibus serua.
Mensuras tribue iustas, quoniam modus in omnibus bonus.

b) *Henr. Stephanus*, *Frid. Sylburgius* aliique pro μὴ ἀσελγέα habent μήτ' ἄρσενα.

c) Versus similis in Oraculis Sibyllinis L. V, p. 628. Edit. *Seruatii Gallaei*: οὐδὲ γαμοκλοπίαις καὶ παίδων κύπρις ἄθεσμος.

d) Vel vt vna vox sit ἐπίμετρον, et significet auctarium, ein Ausschlag, vt mercatores loquuntur.

Σταθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.
Μήτ' ἐπιορκήσῃς e), μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἑκοντί.
Ψεύδορκον στυγέει Θεὸς ἄμβροτος, ὅστις ὀμόσσῃ.
Σπέρματα μὴ κλέπτειν· ἐπαράσιμος ὅστις ἀρεῖται.
Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου· μὴ θλίβε πένητα.
Γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν, κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν.
Μήτ' ἀδικεῖν ἐθέλῃς, μήτ' οὖν ἀδικοῦντα ἐάσσῃς.
Πτωχῷ δ' εὐθὺ δίδου, μήτ' αὔριον ἐλθέμεν εἴπῃς.
Πληρώσας σέο χεῖρ' ἔλεον χρῄζοντι παράσχου.
Ἄστεγον εἰς οἶκον δέξαι, καὶ τυφλὸν ὁδήγει.
Ναυηγοὺς οἴκτειρον, ἐπεὶ πλόος ἐστὶν ἄδηλος.
Χεῖρα πεσόντι δίδου. Σῶσον δ' ἀπερίστατον ἄνδρα.
Κοινὰ πάθη πάντων. Ὁ βίος τροχὸς, ἄστατος ὄλβος.
Πλοῦτον ἔχων, σὴν χεῖρα πενητεύουσιν ὄρεξον.
Ὧν σοι ἔδωκε Θεὸς, τούτων χρῄζουσι παράσχου.
Ἔστω κοινὸς ἅπας ὁ βίος, καὶ ὁμόφρονα πάντα.
Τὸ ξίφος ἀμφιβάλου μὴ πρὸς φόνον, ἀλλ' ἐς ἄμυναν.
Εἴθε δὲ μὴ χρῄζοις, μήτ' ἔννομα μήτ' ἀδίκως γε.
Ἢν γὰρ ἀποκτείνῃς ἐχθρὸν, σέο χεῖρα μιαίνεις.
Ἀγροῦ γειτονέοντος f) ἀπόσχεο, μηδ' ἄρ' ὑπερβῇς.
Πάν-

e) vulgatae Editiones habent ἐπιορκήσεις.

Lancem ne pulses in alteram partem, sed aequaliter trahe.
Nec peierabis, neque inscienter,neque volenter.
Periurium odit Deus immortalis, quicunque iurauerit.
Semina ne furare; execrabilis, quisquis abstulerit.
Mercedem laboranti da; neque affiige pauperem.
(In) lingua mentem habe, arcanum verbum in pectore contine.
Neque iniuste agere velis, neque iniuste agentem iuuabis.
Mendico autem statim da, neque cras redi, dicas.
Implens tuam manum misericordiam egenti exhibe.
Exulem in domum recipe, et coecum duc.
Naufragos miserere, quoniam nauigatio est dubia.
Manum lapso porrige. Et iuua destitutum auxilio virum.
Communes (enim) casus omnium. Vita circulus est, instabilis felicitas.
Diuitias habens tuam manum pauperibus porrige.
Quae tibi dedit Deus, de his egentibus praebe.
Sit communis omnis vita, et concordia omnia.
Gladium accinge non ad caedem, sed ad protectionem.
Vtinam vero non egeas, neque iuste, neque iniuste.
Nam etiamsi occideris hostem, tuam manum polluis.
(Ab)Agro vicini abstine, neq; transeas (terminos).

f) Alii legunt γείτονος ὄντος. Neque improbanda est haec lectio.

Πάντων μέτρον ἄριϛον, ὑπερβασίαι δ' ἀλεγειναί *g*).
Μηδέ τιν' αὐξόμενον καρπὸν λώβησον *h*) ἀρȣ́ρης.
Ἔϛωσαν ὁμότιμοι ἐπήλυδες ἐν πολιήταις.
Πάντες γὰρ ξενίης *i*) πειρώμεθα τῆς πολυπλάγκτȣ.
Χώρη δ' ȣ̓́τι βέβαιον ἔχει πέδον ἀνθρώποισιν.
Ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης *k*).
Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐϛὶ καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισι.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε, πάντα χαλέπτων,
Ἔθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν.
Σȣ̃ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε,
Ἐχθρὰ δὲ τέκνα γονεῦσιν, ἀδελφειοί τε συναίμοις.
Μηδ' ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἀλλ' ἀγορεύων.
Μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπȣς κατὰ χῶραν ἀμείβȣ *l*).
Ὅϛις ἑκὼν ἀδικεῖ, κακὸς ἀνήρ' ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης

Ὀυκ

g) Quaedam editiones habent ἀλεειναί: Sed recepta lectio placet.

h) Alia exemplaria habent λωβήσῃς καρπὸν ἀρȣ́ρης *Mich. Neander* autem λωβήσῃ. Nobis vulgata arridet lectio, quam et *Henricus Stephanus* et *Fridericus Sylburgius* habent.

i) *Henric. Stephanus*, *Frid. Sylburgius* aliique habent πενίης. Sed noſtra lectio ob contextum melior eſt.

k) Similis verſus in Oraculis Sibyllinis L. III, p. 363. Edit. Seruatii Gallaci:

Omnium modus optimus, exceſſus vero vitioſi.
Neque creſcentem adhuc et immaturum fructum laede agri.
Sint in pari honore aduenae cum ciuibus.
Omnes enim peregrinationem experimur vagam.
Terra nullum conſtantem habet locum hominibus.
Auaritia mater eſt malitiae omnis.
Aurum ſemper deceptio fuit, et argentum hominibus.
O aurum! malorum dux, vitae peſtis, omnia ſuperans,
Vtinam tu non fuiſſes mortalibus malum deſiderabile.
Tuâ enim cauſâ pugnae, praedae et caedes (fiunt).
Infenſi vero liberi parentibus fratresque fratribus.
Neque aliam occulta in corde ſententiam, aliam effare.
Neque vt ſaxis adhaerens Polypus pro loco muteris.
Qui volens male agit, malus vir; (eſt) ſed qui ex neceſſitate,

Κȣ̓ φιλοχρημοσύνη τις γ̓ ἡ κακὰ μυρία τίκτει.

l) Poſt verſum 45 in editionibus Sylburgianis legitur adhuc ſequens verſus:

πᾶσιν δ᾽ ἁπλόος ἴσθι, τὰ δ᾽ ἐκ ψυχῆς ἀγόρευε.

i. e.

Omnibus ſimplex eſto; et ex animo loquere.

Qui e *Ioh. Simbuci* libro vetere additus eſt, monente *Petro Victorio*, Nobili Florentino et Ethices Profeſſore in patria, in variarum lectionum Appendice, ad Libr. XXVI, c. 2.

Ὀυκ ἐρέω τὸ τέλος *m*), βουλὴν δ' εὔθυνε ἑκάστου.
Μὴ γαυροῦ σοφίῃ, μήτ' ἀλκῇ, μήτ' ἐνὶ πλούτῳ.

Εἷς Θεός ἐστι σοφὸς, δυνατὸς θ' ἅμα καὶ πολύολβος.
Μηδὲ παροιχομένοισι κακοῖς τρύχου τεὸν ἦτορ.
Ὀυκέτι γὰρ δύναται τὸ τετυγμένον εἶναι ἄτυκτον.
Μὴ προπετὴς ἐς χεῖρα, χαλίνου δ' ἄγριον ὀργήν.
Πολλάκι γὰρ πλήξας, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσσεν *n*).
Ἔστω κοινὰ πάθη· μηδὲν μέγα, μήθ' ὑπέροπλον.
Ὀυκ ἀγαθὸν πλεονάζον ἔφυ θνητοῖσιν ὄνειαρ.
Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ πρὸς ἀμέτρους ἕλκει ἔρωτας.
Ὑψαυχεῖ δ' ὁ πολὺς πλοῦτος, καὶ ἐς ὕβριν ἀέξει.
Θυμὸς ὑπερχόμενος μανίην ὀλοόφρονα τεύχει.

Ὀργὴ δ' ἐστὶν ὄρεξις, ὑπερβαίνουσα δὲ μῆνις.
Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν ἐσθλὸς, φαύλων δ' ὑποεργός.
Τόλμα κακῶν ὀλοὴ, μέγ' ὀφέλλει δ' ἐσθλὰ πονοῦντας.
Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς· ὁ δὲ κύπριδος αἶσχος ὀφέλλει.
Ἡδὺς ἀγανόφρων κικλήσκεται ἐν πολιήταις.
Μέτρῳ μὲν φαγέειν, πιέειν καὶ μυθολογεύειν *o*).

Πάν-

m) Elliptice pro κατὰ τὸ τέλος.

n) Sylburgianae editiones habent ἐξετέλεσσας. Nos lectionem *Henr. Stephani* ſecuti ſumus.

Non dico qua finem, (*malum*) voluntatem itaque examina cuiusque.
Ne ſuperbias ſapientia, neque robore, neque opulentia.
Vnus Deus eſt ſapiens, potens ſimul et omni ex parte beatus.
Neque praeteritis malis excrucia tuum Cor:
Non enim poteſt, quod ſemel factum eſt, fieri infectum.
Ne praeceps ſis ad manum, ſed frena ſaeuam iram.
Saepe enim plagis afficiens (*hominem*) nolens caedem commiſit.
Sint communes affectus, nihil magnum, neque ſuperbum ſit.
Non bona redundans eſt mortalibus vtilitas.
Nimius autem luxus ad immodicos abripit amores.
Inflat nimia opulentia, et ad contumeliam impellit.
Vehementia nimia animi furorem pernitioſum parit.
Ira cupiditas quaedam eſt, ſed bilis modum excedit.
Aemulatio bonarum rerum bona, malarum vero vitioſa.
Audacia in malis exitioſa, ſed valde iuuat bona conantes.
Virtutis amor honeſtus eſt; Veneris vero dedecus conciliat.
Voluptas vir prudens vocatur inter ciues.
Cum modo ede, bibe et loquere.

Omni-

o) *Mich. Neander* ponit hunc verſum ſic:
Μέτρῳ μὲν φαγέειν καὶ πιεῖν, μυθολογεῖν τε
Et *Frid. Sylburgius* pro πιεῖν ob metrum mauult; legere

Πάντων μέτρον ἄριστον, ὑπερβασίη δ' ἀλεγεινή p).
Μὴ φθονέῃς q) δ' ἀγαθῶν ἑτάροις, μὴ μῶμον ἀνάψῃς.
Ἄφθονοι οὐρανίδαι καὶ ἐν ἀλλήλοις τελέθουσιν.
Οὐ φθονέει μήνη πολὺ κρείσσοσιν ἡλίου αὐγαῖς.

Οὐ χθὼν οὐρανίοις ὑψώμασι, νέρθεν ἐοῦσα
Οὐ ποταμοὶ πελάγεσσιν· ἀεὶ δ' ὁμόνοιαν ἔχουσιν.
Εἰ γὰρ ἔρις μακάρεσσιν ἔην, οὐκ ἂν πόλος ἔστη.

Σωφροσύνην δ' ἀσκεῖν· αἰσχρῶν δ' ἔργων ἀπέχεσθαι.
Μὴ μιμοῦ κακότητα, δίκῃ δ' ἀπάλειψον ἄμυναν.
Πειθὼ μὲν γὰρ ὄνειαρ, ἔρις δ' ἔριν ἀντιφυτεύει.
Μὴ πίστευε τάχιστα, πρὶν ἀτρεκέως πέρας ὄψει.
Νικᾶν εὖ ἕρδοντας ἐπὶ πλεόνεσσι καθήκει.
Καλὸν ξεινίζειν ταχέως λιταῖσι τραπέζαις,

Ἢ πλείσταις δολίαισι βραδυνούσαις παρὰ καιρόν.

Μηδέ ποτε χρήστης πικρὸς γένῃ ἀνδρὶ πένητι.
Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς ἅμα πάντας ἑλέσθω,
Μητέρα δ' ἐκπρολίπῃς r), ἵν' ἔχῃς πάλι s) τῆσδε νεοσσούς t).

Μηδὲ

gere πιέειν, facta dialysi vt in φαγέειν. vid. eius Notae in Phocylidem p. m. 92. Edit. Vltrai. 1651. in 12.

p) Quidam libri habent ἀλεεινή, vt v. 32.

q) *Michael Neander* legit in optatiuo μὴ φθονέοις.

Omnium modus eſt optimus, exceſſus autem noxius.
Ne inuideas bona ſociis, neque Momum (*te*) exhibeas.
Sine inuidia Dii etiam inter ſe viuunt.
Non inuidet luna longe praeſtantioribus ſolis radiis.
Non terra coeleſti altitudini, licet ipſa ſit infra.
Non flumina mari; ſed ſempiternam concordiam obſeruant.
Si enim contentio inter Deos eſſet, non conſiſteret Polus.
Temperantiam cole: ab operibus vero turpibus abſtine.
Ne ſectare malitiam, iure vero propelle iniuriam.
Perſuaſio quidem vtilitatem, lis vero litem gignit.
Ne crede ſtatim, priusquam certo finem perſpicias.
Vincere bene facientes in pluribus conuenit.
Pulchrum, hoſpitem ſtatim excipere frugalibus menſis.
Quam pluribus ſuſpectis et tardantibus intempeſtiue.
Nunquam exactor acerbus fias homini pauperi.
Neque quis aues e nido ſimul omnes auferat,
Sed matrem dimittas, vt habeas iterum ex ea pullos.

Nec

r) Sylburgianae editiones habent ἐκπρολίποις.

s) pro πάλιν, ν abiecto propter metrum.

t) al. νεοττούς.

Μηδέ ποτε κρίνειν ἀδαήμονας ἄνδρας ἐάσσῃς.

Τὴν σοφίην σοφὸς ἰθύνει, τέχνας δ' ὁμότεχνος.

Ου χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν·

Ου γὰρ δὴ νοέουσ' οἱ μηδέποτ' ἐσθλὰ μαθόντες.

Μηδὲ τραπεζοκόρους κόλακας ποιεῖσθαι ἑταίρους.
Πολλοὶ γὰρ πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖροι,
Καιρὸν θωπεύοντες, ἐπὴν κορέσασθαι ἔχωσιν.
Ἀχθόμενοι δ' ὀλίγοις, καὶ πολλοῖς πάντες ἄπληστοι.
Λαῷ μὴ πίστευε· πολύτροπός ἐστιν ὅμιλος.
Λαός τοι, καὶ ὕδωρ, καὶ πῦρ, ἀκατάσχετα πάντα.
Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦρ καθίσας μινύθῃς φίλον ἦτορ.
Μέτρα δὲ τεῦχε Θεοῖσι· τὸ γὰρ μέτρον ἐστὶν ἄριστον.
Γαῖαν ἐπιμοιρᾶσθαι ἀταρχύτοις u) νεκύεσσι.
Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς, μηδ' ἀθέατα x)

Δείξῃς ἠελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς.
Ου καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.
Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν,
Λείψαν' ἀποιχομένων y). ὀπίσω δὲ Θεοὶ τελέθονται.
Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
Πνεῦμα γάρ ἐστι Θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι, καὶ εἰκών.

Σῶμα

u) *Neander* habet ἀταρχεύτοις, ε adiecto per Epenthesin.

Nec vnquam de rebus pronunciare imperitos homines finas.
Sapientiam ſapiens iudicat, et artes earundem peritus.
Non poteſt rudis magnam eruditionem percipere.
Profecto nihil intelligunt, qui nunquam bene inſtituti.
Neque menſipetas adulatores fac ſodales.
Multi enim cibi potusque ſunt amici,
Tempus obſeruantes, quando ſaturari poſſunt;
Iraſcentes paucis, et multis omnes inexplebiles.
Vulgo ne crede; mutabile enim vulgus eſt.
Vulgus, aqua, et ignis, intractabilia omnia ſunt.
Neque fruſtra ad ignem deſidens conſumas carum cor.
Pro modo vero fac ſacra Diis; modus enim eſt optimus.
Terram impartire inſepultis mortuis.
Ne tumulum mortuorum aperias, neque non aſpicienda
Oſtendas ſoli, et diuinam iram concites.
Non honeſtum eſt, compagem reſoluere hominis.
Et mox e terra ſperamus in vitam redire.
Reliquias mortuorum. Poſtea vero Dii erunt.
Animae enim manent incorruptae in mortuis.
Spiritus enim vſui a Deo datus eſt mortalibus, et imago Dei.

Corpus

x) *Sylburgius* habet 'Αθέητα', fortaſſe ob metrum, ſed hac mutatione non opus eſt.

y) al. ἀποχομένων, ſed minus recte, meo iudicio.

Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν z)
Λυόμενοι κόνις ἐσμέν, ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.
Πλούτου μὴ φείδου, μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις.

Οὐκ ἔν' ἐς ᾅδην ὄλβον ἔχειν, καὶ χρήματ' ἄγεσθαι·
Πάντες ἴσοι νεκύων a). ψυχῶν δὲ Θεὸς βασιλεύει.
Κοινὰ μέλαθρα δόμων αἰώνια b) καὶ πατρὶς ᾅδης.
Ξυνὸς c) χῶρος ἅπασι, πένησί τε καὶ βασιλεῦσιν.
Οὐ πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον, ἀλλ' ἐπὶ καιρόν. d).
Ψυχὴ δ' ἀθάνατος, καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός e).
Μήτε κακοῖς ἄχθου, μήτ' οὖν ἐπαγάλλεο χάρμῃ·
Πολλάκις ἐν βιότῳ καὶ θαῤῥαλέοισιν ἄπιστον.
Καιρῷ λατρεύειν, μηδ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισι.
Πῆμα, καὶ ἀχθομένοισι κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω.
Μὴ μεγαληγορίῃ τρυφῶν φρένα λυσσωθείης.

Ἐυε-

z) in MSto vno legitur hic verſus ita:

Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, κἄπειτα δὲ καὶ πυρὸς αὐγῇ

vid. *Dauidis Hoeſchelii* Epiſtol. ad *Ioh. Kirchmannum*, datam 7 Id. April 1603. Exſtat haec in *Marquardi Gudii* Epiſtolis, quas vna cum *Claudii Sarrauii* Senatoris Pariſienſis Celeb. *Petr. Burmannus* Lugd. Batau. 1711. 4. edidit, p. 188.

Corpus enim de terra habemus, et omnes in eam
Resoluti puluis sumus, coelum vero spiritum recipit.
Diuitiis ne parce, memento, quod mortalis homo sis.
Non licet apud Plutonem opes habere, et diuitias (eo) portare;
Omnes mortui pares sunt. Animabus vero Deus imperat.
Communia aeterna tecta domorum, et Patria Pluto (est).
Communis locus vniuersis, et pauperibus et regibus.
Non longum tempus viuimus homines, sed ad tempus.
Anima vero immortalis et sine senio viuit semper.
Neque malis turbare, neque exulta gaudio:
Saepe in vita etiam certis non fidendum est.
Tempori inserui, neque repugna ventis.
Infortunium et afflictis mali solutio venit subito.

Ne grandiloquentia oblectatus mente rabiosus fias.

Facun-

a) Quaedam editiones legunt ἴσοι νέκυες.

b) pro αἰώνια in eodem Codice MSto legitur ἐγγωνιάσματα. vid. modo citatam *Dau. Hoeschelii* Epist. ad *Ioh. Kirchmannum* loco allegato.

c) ξυνὸς Attice pro κοινός.

d) *Henr. Stephanus* habet ἐπίκαιρον, vt vnum vocabulum sit.

e) sc. χρόνου.

Εὐεπίην ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει.

Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.
Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε Θεὸς φύσιν ἠερόφοιτον, *f*)

Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχυτῆτ᾽, ἀλκήν τε λέουσι,

Ταύροις δ᾽ αὐτοχύτοις κεράεσσιν *g*), κέντρα μελίσσαις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε· λόγος δ᾽ ἔρυμ᾽ ἀνθρώποισι.
Τῆς δὲ Θεοπνεύστου σοφίης λόγος ἐστὶν ἄριστος.

Βέλτερος ἀλκήεντος ἔφυ σεσοφισμένος ἀνήρ.
Ἀγροὺς καὶ πόλιας σοφίη καὶ νῆα κυβερνᾷ.
Οὐχ ὅσιον, κρύπτειν τὸν ἀτάσθαλον ἄνδρα ἄτιτον *h*).
Ἀλλὰ χρὴ κακοεργὸν ἀποτροπάασθαι ἀνάγκῃ.
Πολλάκι συνθνήσκουσι κακοῖς οἱ συμπαρέοντες.
Φωρῶν μὴ δέξῃ κλοπίμην ἀνδρῶν παραθήκην·
Ἀμφότεροι κλῶπες, καὶ ὁ δεξάμενος, καὶ ὁ κλέψας.
Μοῖραν πᾶσι νέμειν· ἰσότης δ᾽ ἐν πᾶσιν ἀρίστη.

Ἀρχό-

f) Aptius fortaſſe ſic diſtinxeris cola:

Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς, φύσιν ἠερόφοιτον
Ὄρνισι μὲν, πολλὴν ταχυτῆτ᾽, ἀλκήν τε λέουσι,

aut

—— —— —— φύσιν ἠερόφοιτον
Ὄρνισι μὲν, πώλοις ταχυτῆτ᾽, ἀλκὴν τε λέουσιν: quoniam vt leones, ita et equi magna pernicitate ſunt

Facundiam exerce, quae magno omnibus erit emolumento.
Sermo armatura est homini, penetrantrior ferro.
Arma unicuique tribuit Deus, naturam aëra penetrantem,
Auibus quidem magnam vero velocitatem, et robur leonibus,
Taurisque sponte nata cornua, et aculeos apibus
Innatum tutamen dedit: Sermo vero munimentum (est) hominibus.
Verum diuinitus inspiratae sapientiae sermo est optimus.
Praestantior robusto est vir sapiens.
Agros vrbes et nauem sapientia gubernat.
Nefas est, occultare improbum virum, ne puniatur.
Sed decet virum maleficum auersari necessario.
Saepe moriuntur cum malis, qui cum ipsis viuunt.
Hominum furum ne recipe furtiuum depositum:
Vtrique fures (sunt) et qui recipit, et qui furatur.

(Suam) Partem omnibus tribue; aequalitas in omnibus optima.

praediti. vid. *Sylburgii* Not. ad Phocylidem, p. m. 92.

g) Hic locus *Friderico Sylburgio*, viro Graecarum Litterarum gnarissimo, de mendo suspectus est, et pro ταύροις δ' αὐτοχύτοις κεράεσσιν legere mauult: Ταύροις δ' αὐτόχυτον κέρας ἐστίν.

h) In eodem Codice MSt. de quo paulo ante mentio-

Ἀρχόμενος φείδȣ πάντων, μὴ τέρμ᾽ i) ἐπιδεύῃς.
Μὴ κτήνȣς k) θνητοῖο βορὴν κατὰ l) μέτρον ἕλησθαι.
Κτῆνος δ᾽ ἢν ἐχθροῖο πέσῃ καθ᾽ ὁδὸν, συνέγειρον·
Πλαζόμενόν τε βροτὸν καὶ ἀλίτροπον ȣ̓χ ὑπαλύξεις m)
Βέλτερον ἀντ᾽ ἐχθρȣ̃ τυχέειν φίλȣ εὐμενέοντος.
Ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν, ἕλκος τ᾽ ἀκέσασθαι.
Μηδέ τι θηροβόρον n) δαίσῃ κρέας, ἀργίποσιν δὲ
Λείψανα λεῖπε κυσίν· θηρῶν ἄπο θῆρες ἔδωνται·
Φάρμακα μὴ τεύχȣ. Μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι·
Νηπιάχοις ἀπαλοῖς μὴ μάρψῃς χεῖρα βιαίως

Φεῦγε διχοστασίην καὶ ἔριν πολέμȣ προσιόντος·
Μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς· σπείρειν ἴσον ἔσ᾽ ἐνὶ πόντῳ.

Ἐργάζευ, μοχθῶν ὡς ἐξ ἰδίων βιοτεύσῃς·
Πᾶς γὰρ ἀεργὸς ἀνὴρ ζώει κλοπίμων ἀπὸ χειρῶν.
Μηδ᾽ ἄλλȣ παρὰ δαιτὸς ἔδοις σκυβάλισμα τραπέζης,
Ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἰδίων o) βιότων φαγέοις ἀνύβριστος·
Εἰ δέ τις ȣ̓ δεδάηκε τέχνην, σκάπτοιτο δικέλλῃ.
Ἔστι

nem fecimus pro ἄνδρα ἄτιτον legitur ἄνδρα ἄδεικτον, et in alio ἄνδρ᾽ ἀνάδεικτον. vid. *Dau. Hoeschelii* supra citatam epist. ad *Ioh. Kirchmannum* l. c.

i) Per ellipsin pro κατὰ τέρμα.

k) Putamus hoc loco vsurpari in Masculino genere, cum alias sit neutrum τὸ κτῆνος, a κτάω possideo, quod veterum opes et possessiones fuerint iumenta, quemadmodum id docent cum sacrae litterae, tum etiam

Incipiens parce omnibus vtere, ne in fine egeas.
Ne iumenta hominis cibum immoderate capias.
Iumentum vero si hostis tui ceciderit in via, colleua:
Errantemque hominem et in mari versantem non deuitabis.
Melius est pro hoste nancisci amicum beneuolum.
Incipiens malum praecide, curaque vlcus.
Neque a feris depastam comedas carnem, sed velocibus
Reliquias (illas) linque canibus; feris ferae vescantur.
Venena ne para. A magicis libris abstine.
Infantibus teneris non comprehendas manum violenter.
Fuge seditionem et litem bello ingruente.
In malum ne confer beneficium: idem est ac seminare in ponto.
Labora, vt de proprio labore viuas:
Omnis enim piger homo viuit de furtiuis manibus.
Neque de alterius coena vescaris reiectamentis mensae,
Verum de propriis bonis edas, expers contumeliae.
Quod si vero quis non didicit artem, fodiat ligone.

Poetarum Scripta. Quin etiam *Plinius* ipsam pecuniam a pecudibus nuncupatam autumat, Hist. Natur. T. II, Libr. XXX, c. 13, p. 610, Edit. *Harduini*.

l) *Vitus Amerbachius* κατὰ pracpositionem hoc loco pro παρὰ vsurpatam existimat.

m) alii in Coni. legunt ὑπαλύξῃς, quae lectio vero sensum non mutat.

n) Rectius fortasse θηρόβορον, passiuae significationis accentu retracto.

o) *H. Stephanus* pro τῶν ἰδίων legit οἰκείων.

Ἔϛι βίῳ πᾶν ἔργον, ἐπὰν μοχθεῖν ἐθέλησθα.
Ναυτίλος εἰ πλώειν ἐθέλεις, εὐρεῖα θάλασσα·
Εἰ δὲ γεωπονίην μεθέπειν, μακραί τοι p) ἄρȣραι.

Ὀυδὲν ἄνευ καμάτȣ πέλει ἀνδράσιν εὐπετὲς ἔργον,
Ὀυδ' αὐτοῖς μακάρεσσι· πόνος δ' ἀρετὴν μέγ' ὀφέλλει.

Μύρμηκες, γαίης μυχάτȣς προλελοιπότες οἴκȣς,
Ἔρχονται βιότοιο κεχρημένοι, ὁππότ' ἄρȣραι
Λήϊα κειράμεναι καρπῶν πλήθȣσιν ἀλωάς·
Οἱ δ' αὐτοὶ πυροῖο νεοτριβὲς ἄχθος ἔχȣσιν,
Ἢ κριθῶν. Ἀιεὶ δὲ φέρων φορέοντα διώκει,

Ἐκ θέρεος ποτὶ χεῖμα βορὴν σφετέρην ἐπάγοντες
Ἄτρυτον q) φῦλον r) δ' ὀλίγον τελέθει πολύμοχθον.

Κάμνει δ' ἠερόφοιτος ἀριϛοπόνος s) τε μέλισσα,
Ἠὲ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν ἢ δονάκεσσιν.
Ἢ δρυὸς ὠγυγίης t) κατὰ κοιλάδος, ἔνδοθι σίμβλων u)
Σμήνεσι μυριότητα x) κατ' ἄνθεα κηροδομȣ̃σα.

Μὴ μείνῃς ἄγαμος, μήπως νώνυμος ὄληαι.

Δός

p) alii habent σοί.

q) *Neander* habet ἄτρητον et reddit Latine integrum, illaesum, non cariosum, aut perforatum, integra et meliora grana conuehentes, a τρέω ἢ τρύπτω, *perforo.* vide eius Opus Aureum T. I, p. 43.

r) Al. φίλον, sed minus recte.

s) alii ἀριστόποιος.

Eſt in vita varium opus, ſi laborare volueris.
Nauta, ſi nauigare volueris, (adeſt) latum mare:
Si vero agriculturam (vis) exercere, ampli agri (adſunt).
Nulla enim res ſine labore hominibus facilis eſt,
Neque ipſis Diis: Labor virtutem valde auget.

Formicae, intimis terrae penetralibus relictis
Prodeunt victus indigentes, quando arua
Segetibus detonſis, fructibus implent areas;
Ipſae tritici recens excuſſum granum geſtant,
Aut Hordei: Semper geſtans geſtantem inſequitur,
Ex meſſe in hyemen victum ſuum comportantes
Indefeſſe: genus ſunt admodum paruum, ſed laborioſum.
Operatur quoque per aerem volitans optimeque laborans apis
Siue in cauae petrae ſpecu, ſiue in arundinibus,
Aut in quercus perantiquae cauitate, intra aluearia

Fauis melliferos per flores cereas cellas ſtruens.

Ne maneas caelebs, ne forte obſcurus pereas.

t) ὠγυγίης Latine *perantiquae* nos vertimus: quod *Ogygia* inſula antiquiſſima fuerit, quemadmodum id meminit, *Stephanus* in Lexic. Geogr.

u) *Neander* legit σύμβλων a σύμβλον, quaſi σύμβολον, per Syncopen, a συμβάλλομαι, quod eo ſimul conferant apes ſuos labores.

x) pro μύρια. Ob metrum Abſtractum pro Concreto poſitum exiſtimamus.

Δός τι φύσει κ' αὐτός· τέκε δ' ἔμπαλιν, ὡς ἐλοχεύθης.
Μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον, σέο τέκνα μιαίνων·

Οὐ γὰρ τίκτει παῖδας ὁμοίους μοιχικὰ λέκτρα.
Μητρυιῆς μὴ ψαῦε γε δεύτερα λέκτρα γονῆος·
Μητέρα δ' ὡς τίμα, τὴν μητέρος ἴχνια βᾶσαν.
Μηδὲ κασιγνήτης ἐς ἀπότροπον ἐλθέμεν εὐνήν.
Μηδ' ἐπὶ παλλακίοισι πατρὸς λεχέεσσι μιγείης.
Μηδὲ γυνὴ φθείρῃ βρέφος ἔμβρυον ἔνδοθι γαστρός·
Μηδὲ τεκοῦσα κυσὶ ῥίψῃ καὶ γυψὶν ἕλωρα.

Μηδέ τις ᾖ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάληται.
Μηδ' ἂν παιδογόνον ποτὲ τέμνειν ἄρσενα κοῦρον.

Μηδ' ἀλόγοις ζώοισι βατήριον εἰς y) λέχος ἐλθεῖν z)
ἴζε γυναῖκα ἐπ' αἰσχυντοῖς λεχέεσσι.

Μὴ παραβῇς εὐνὰς φύσεως εἰς κύπριν ἄθεσμον·
Οὐδ' αὐτοῖς ἄνδρεσσι a) συνεύαδον ἄρσενες εὐναί b)

Μηδὲ

y) Sylburgianae Editiones habent ἐς.

z) Subit animum mirari, qui factum fit, vt hic et antecedens versus in quibusdam exemplaribus non legantur.

a) Pro ἄνδρεσσι habent *Aldinae* et *Sylburgianae editiones* nec non *Petrus Victorius* θήρεσσι. Sed perperam

Da aliquid naturae etiam ipse: genera iterum, quemadmodum genitus es.
Ne prostituas vxorem, liberis tuis maculam adspergens:
Non enim pariunt similes liberos adulterini lecti.
Nouercae ne attinge secundos lectos parentis tui:
Sed vt matrem cole, quae matris vestigiis insistit.
Neque in sororis auersandum venias cubile.
Neque in meretriciis patris lectis commiscearis.
Neque mulier corrumpat conceptum foetum in ventre;
Neque post partum canibus proiiciat aut vulturibus praedam.
Neque vllus suae conjugi grauidae manum afferat.
Nec item generationi aptum puerum marem vnquam exseca:
Neque in ratione destitutorum animalium initorium torum venias.
Nec petulanter mulierem viola ob pudendum concubitum.
Ne transilias toros naturae ad venerem nefariam:
Neque ipsis masculis complacuerunt masculi tori.

D 5 Neque

meo iudicio, quia in quarto versu ab hoc de illo peccato, quod cum pecudibus committitur, iam est dictum.

b) Quaedam vulgatae editiones ponunt hunc versum etiam ita:

Ὀυδ᾽ αὐτοῖς ἄνδρεσσ᾽ ἄρσην συνέυναδεχ ἐς ἐυνήν,

Μηδέ τι θηλύτεραι λέχος ἀνδρῶν μιμήσαιντο.
Μηδ᾽ ἐς ἔρωτα γυναικὸς c) ἅπας ῥεύσῃς ἀκάθεκτον·
Ου γὰρ ἔρως Θεός ἐςι, πάθος δ᾽ ἀΐδηλον ἁπάντων.
Μηδὲ κασιγνήτων ἀλόχων ἐπὶ δέμνια βαίνειν·
Στέργε τεὴν ἄλοχον· τί γὰρ ἥδυτερον καὶ ἄρειον,
Ἢ ὅταν ἀνδρὶ γυνὴ φρονέῃ φίλα γήραος ἄχρι,
Καὶ πόσις ᾗ ἀλόχῳ, μηδ᾽ ἐμπέσῃ ἄνδιχα νεῖκος;
Μηδέ τις ἀμνήςευτα βίῃ κόρῃσι μιγείῃ.
Μηδὲ γυναῖκα κακὴν ὄικοισιν σοῖσιν ἄγεσθαι·
Λατρεύῃς d) δ᾽ ἀλόχῳ λυγρῆς χάριν εἵνεκα φερνῆς.
Ἵππȣς δ᾽ εὐγενέας δίζεσθαι μὲν κατὰ ξ̃ικον,
Ταύρȣς δ᾽ ὑψιτένοντας, ἀτὰρ σκυλάκων πανάγρίȣς·
Γῆμαι δ᾽ ȣ̓κ ἀγαθὴν ἐριδαίνομεν ἀφρονέοντες.
Ουδὲ γυνὴ κακὸν ἄνδρ᾽ ἀπαναίνεται ἀφνεὸν ὄντα.
Μηδὲ

c) Nonnulli pro γυναικὸς legunt γυναικῶν, vt syllaba αι corripiatur, cum alioquin apud Graccos pro communi consuetudine tantum eae longae vocales corripiantur, quas alia vocalis sequitur: cuiusmodi sunt haec Hesiodi Ἐργ. v. 103.

Νȣ̃σοι δ᾽ ἀνθρώποισιν ἐφ᾽ ἡμέρῃ ἠδ᾽ ἐπὶ νυκτὶ
Αὐτόματοι.

Nec item foeminae masculorum concubitum imitentur.
Neque in amorem mulieris totus ruas incontinenter:
Non enim amor Deus est, sed affectus coecus omnium.
Neque fratrum vxorum cubilia conscende:
Ama tuam coniugem : Quid enim suauius et praestantius,
Quam si viro cara vxor consentit vsque ad senectam,
Et maritus suae vxori, neque inter eos incidit contentio?
Neque quis sine desponsatione violenter puellis misceatur.
Neque vxorem malam in domum tuam duc;
Nec seruias vxori tristis gratia dotis.

Equos generosos quarere per domos,
Taurosque robustos, et feroces catulos,

Sed bonam vxorem ducere non contendimus insipientes;
Neque malum respuit mulier virum, si diues sit.

Neque

Et Ἐργ. καὶ ἡμέρ: v. 310.

—— —— ζηλώσει ἀεργός.

d) λατρεύειν quidam putant legendum et iungendum cum δίζεσθαι v. 190, aut pro imperatiuo positum esse: aut pendere vtrumque a verbo ἐριδαίνομεν v. 129.

Μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς, ἐπὶ πήματι πῆμα.
Παισὶ δὲ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ' ἤπιος ἴσθι.
Ἤν δέ τι παῖς ἀλίτῃ, κωλυέτω υἱέα μήτηρ,
Ἢ καὶ πεσβύτατοι γενεῆς, ἢ δημογέροντες.
Μὴ μὲν ἐπ' ἄρσενι παιδὶ τρέφειν χαίτην πλοκαμῖδος·
Μὴ κορυφὴν πλέξῃς, μήθ' ἄμματα λοξὰ κορύμβων.
Ἄρσεσιν ȣκ ἐπέοικε κόμη, χλιδαὶ δὲ γυναιξί.

Παιδὸς δ' εὐμόρφȣ φρέρει *e*) νεοτήσιον ὥρην·
Πολλοὶ γὰρ λυσσῶσι πρὸς ἄρσενα μίξιν ἔρωτος *f*).

Παρθενικὴν *g*) δὲ φύλασσε πολυκλείςοις θαλάμοισι *h*),
Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἐάσσῃς.

Κάλλος δυςήρητον ἔφυ παίδων τοκέεσσιν.

Συγγενέσιν φιλότητα νέμοις, ὁσίην θ' ὁμόνοιαν·

Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφȣς, εἴκειν δὲ γέρȣσιν
Ἕδρης καὶ γεράων πάντων· Γενεῇ δ' ἀτάλαντον

Πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε.

Γαςρὸς

e) alii φρȣρεῖν Ionum more.

f) In vulgatis quibusdam editionibus hic verſus non reperitur.

g) pro παρθένον, poſſeſſiuo pro primitiuo poſito.

Neque nuptiis nuptias alias addas, calamitati calamitatem.
Liberis vero tuis ne sis difficilis, sed placidus.
Si quid puer deliquerit, castiget filium mater,
Vel etiam seniores familiae, vel populi proceres.

Ne in masculo puero alas caesarien obtortam:

Neque comam crispa, neque (*necte*) nexus obliquos cincinnorum.
Viris non congruit coma (muliebris) sed mulieribus cincinni.
Pueri vero formosi custodi iuuenile tempus.
Multi enim rabido amore ad masculos congressus feruntur.
Virginem custodi bene clausis aedibus,
Neque ipsam vsque ad nuptias ante aedes conspici sinas.
Pulchritudo difficilis est custoditu liberorum parentibus.
Cognatis amorem tribuas, et venerandam concordiam.
Reuerere canos circa tempora, cedeque Senibus
Sede et honoribus omnibus: Genere vero praestantem,
Senem, aequalem patris, paribus cum patre honoribus venerare.

Vene-

b) Per aedes vertimus. Θάλαμος proprie est οἶκος, inquit Pindari interpres, ἐν ᾧ κατακλείονται αἱ νυμφευόμεναι, ὅτι θάλλουσαι τῇ ἡλικίᾳ συνέρχονται γάμῳ.

Γαστρὸς ὀφειλόμενον δασμὸν παρέχου θεράπουσι.
Δούλῳ τακτὰ νέμοις, ἵνα τοι καταθύμιος εἴη.

Στίγματα μὴ γράψῃς ἐπονειδίζων θεράποντα.

Δοῦλον μὴ βλάψῃς τὶ κακηγορέων πρὸς ἄνακτα.

Λάμβανε καὶ βουλὴν παρὰ οἰκέτου εὐφρονέοντος *i*).
Ἁγνείαι ψυχῆς σου *k*), σώματός εἰσι καθαρμοί.
Ταῦτα δικαιοσύνης μυστήρια εἶα βιεῦντες,
Ζωὴν ἐκτελέοιτ' ἀγαθὴν μέχρι γήραος οὐδοῦ.

Τέλος τῶν ἐκτετυπωμένων ἐν τοῖς χαλκογραφείοις ἐπῶν Φωκυλίδου.

* * *

Εὕρηται δὲ καὶ τάδε *l*).
Καὶ τάδε Φωκυλίδεω. τετόρων ἀπὸ τῶνδε γένοντο
Φῦλα γυναικείων· ἡ μὲν κυνὸς, ἡ δὲ μελίσσης,
Ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, ἡ δ' ἵππου χαιτηέσσης·
Εὔφορος, ἥδε ταχεῖα, περίδρομος εἶδος ἀρίστη.

Ἡ δὲ συὸς βλοσυρῆς, οὔτ' ἂρ κακὴ, οὐδὲ μὲν ἐσθλή.
Ἡ δὲ κυνὸς χαλεπή τε καὶ ἄγριος· ἡ δὲ μελίσσης

Οἰκονόμος τ' ἀγαθὴ, καὶ ἐπίσταται ἐργάζεσθαι·
Ἧς εὔχου, φίλ' ἑταῖρε λαχεῖν γάμου ἱμερόεντος.
Καὶ ταῦτα *m*)

Καὶ

i) Εὐφρονέοντος ferri poteſt pro εὐνοοῦντος, *beneuoli*, cum editiones, quas vidi omnes, ſic ſcriptum habeant. Si quis tamen cum interprete malit εὖ φρονέοντος, haud parum equidem refragabor. *Sylburgius* in Not. ad Phocylid. p. m. 93.

Ventris debitam partem praebe miniſtris.
Seruo debita tribuas, vt omnia faciat ex animi tui ſententia.
Stigmata ne inſcribas (ipſi) contumelia afficiens famulum.
Seruum ne laedas, maledictis inceſſens apud dominum (ſuum).
Accipe vel conſilium a ſeruo prudente.
Caſtitas animae tuae, corporis eſt purgatio.
Haec iuſtitiae praecepta ſic viuentes
Vitam exegeritis felicem vsque ad ſenectutis limen.

Finis excuſorum in officinis Carminum Phocylidis.

* * *

Reperiuntur vero etiam iſta.

Et haec Phocylidis ſunt. Ex quatuor iſtis nata ſunt
Mulierum genera: ex cane, apicula,
Sue torua, et equo iubato.
(Ex equo nata) commoda eſt, velox, circumcurſans, forma praeſtante.
Ex ſue vero torua, neque ſane mala, neque etiam bona eſt.
Ex cane moleſta et fera: Ex apicula autem
Bene adminiſtrat rem familiarem, et nouit laborare:
Cuius opta, care amice, aſſequi nuptias amabiles.

Et haec Phocylidis ſunt. Et

k) *Sylburgius* aliique ponunt ita:
Ἁγνεῖαι ψυχῆς, τȣ̃ σώματός εἰσι καθαρμοί.

l) Leguntur apud Stobæum Sermone LXXI περὶ ψόγȣ γυναικῶν p. 434. Edit. quae Aureliae Allobrogum 1609. in fol. prodiit.

m) Extant apud *Stobaeum*, Sermon. περὶ γεωργίας p. 639.

Χρηΐζων πλούτου, μελέτην ἔχε πίονος ἀγροῦ·
Ἀγρὸν γάρ τε λέγουσιν ἀμαλθείης κέρας εἶναι·
Καὶ τόδε Φωκυλίδου· τὸ πλέον γένος εὐγενὲς εἶναι,
Οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται χάρις, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ·

Reperiuntur et alibi Phocylidis quidam verſiculi elegantes, qui in hoc Poëmate non fuerunt relati: qualis is eſt, qui extat apud *Ariſtotelem* T. III. Oper. L. IV, de Repub. c. II. p. 502. (Edit. *Guil. du Vallii.*)

πολλὰ μέσοισιν ἄριστα· μέσος θέλω ἐν πόλει εἶναι.

i. e.

Mediocris ſtatus homines plura habent commoda; quare mediocris fortunae homo expeto eſſe in ciuitate.

Apud *Platonem* etiam L. III. de Republ. p. 623. Edit. *Marſilii Ficini*, vbi haec verba leguntur: οὐκ ἀκούεις πῶς Φωκυλίδην; δεῖν ὅταν τῷ ἤδη βίος ᾖ ἀσκεῖν. i. e. non audis Phocylidem dicentem? oportere virtutem exercere, cum iam homini ad vitam neceſſaria comparata ſint. Ita enim ego intelligo, vt τῷ per ellipſin pro τῷ ἀνθρώπῳ ponatur.

Athaeneum praeterea, vbi Libr. X. Δειπνοσοφιστῶν, p. 428. (Edit *Iſaaci Caſauboni*) ſequentes duo Phocylydis verſus leguntur:

Χρὴ δ' ἐν συμποσίῳ κυλίκων περινισσομενάων,
Ἡδέα κωτίλλοντα καθήμενον οἰνοποτάζειν. i. e.

Oportet in conuiuio, vbi pocula circumferuntur,
Sedentem vinum bibere, loquentem dulcia.

Ac *Plutarchum* Libr. περὶ τοῦ ἀκούειν, T. II. Oper. p. 47. Edit. Guil. Xylandri,
Vbi ait *Phocylides*:

Πολλ'

Si opibus egeas, curam habe pinguis agri:
Agrum enim aiunt copiae esse cornu.
Et illud Phocylidis est; plurimos nobiles esse,
Quos neque in verbis sequitur gratia, neque in consilio.

Πολλ' ἀπατηθῆναι διζήμενον ἔμμεναι ἐσθλόν. i. e.
Quod saepe decipiatur, ac multorum dolis expositus sit, qui cupiat in bonorum virorum haberi numero. Apud *Plutarchum* etiam, in Libro de Puerorum institutione p. 8. (Edit. Westhusii).

χρὴ παῖδ' ἔτ' ἐόντα καλὰ διδασκέμεν ἔργα. i. e.

Decet puerum adhuc bona docere opera, vel vti prouerbium habet. *A teneris assuescere multum est.* Hunc versum citatum nullibi extare vult *Guilielmus Xylander*, et quia vitiosus est, sic legendum putat:
παῖδ' ἔτ' ἐόντα χρέων δὴ καλὰ διδασκέμεν ἔργα;
Eumque vertit:
Instituenda bonis est ipsa pueritia rebus.
Et *Clementem Alexandr*. Libr. V. Strom. p. 609. Edit. Frieder. Sylburgii.

Ἀλλ' ἄρα δαίμονές εἰσιν ἐπ' ἀνδράσιν ἄλλοτε ἄλλοι,
οἱ μὲν ἐπερχομένου κακὸν ἀνέρος ἐκλύσασθαι. i. e.

Verum domones hominibus alias alii sunt,
Alii quidem, vt malum ab homine ingrediente (hanc vitam) abigant.

Apud *Dionem* etiam *Chrysostomum* in Borysthenica Orat. p. 440. Edit. *Federici Morelli* quae Lutetiae 1604. in fol prodiit:

Καὶ τὸ δὲ Φωκυλίδου, πόλις ἐν σκοπέλῳ κατὰ κόσμον
Οἰκοῦσα σμικρὴ κρέσσων Νίνου ἀφραινούσης. i. e.

Hoc quoque Phocylidis, ciuitas parua inque colle cum ornatu
Posita, melior est Nini (amplissima ciuitate) immodesta.

Hoc carmen Phocylidis *Dion* ibidem exponit hisce verbis: ἡ σμικρὰ πόλις ἐν βραχεῖ σκοπέλῳ κειμένη, κρείττων ἐςὶ καὶ εὐτυχεςέρα κατὰ κόσμον οἰκοῦσα, ἢ μεγάλη ἐν λείῳ καὶ πλατεῖ πεδίῳ, ἐάνπερ ἀκόσμως καὶ ἀνόμως ὑπ' ἀνθρώπων ἀφρόνων οἰκῆται.

Et id carmen *Phocylidis*, quod quia aliqui *Hesiodo* tribuerunt, a *Cicerone* Epist. ad Atticum L. VII, Epist. 18. ψευδησιόδειον est appellatum: citatur cum ab aliis multis, tum *Luciano* in Libello de Calumnia, T. II. Oper. p. 569. Edit. *Iob. Benedicti*, quae Salmurii 1619. in 8. prodiit.

Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

i. e.

Ne pronuncies de lite aliqua, nisi prius vtriusque partis accusationem audiueris,

Legantur forte apud alios etiam auctores huius Poetae alia carmina. Sed plura hactenus in notitiam meam non venerunt.



FRIDE-



FRIDERICI SYLBVRGII, MICH. NEANDRI, VITI AMERBACHII ET IOH. ALB. FABRICII AD PHOCYLIDIS CARMINA ADNOTATIONES, QVIBVS ET SVAS ADDIDIT IOHANN ADAM SCHIER.

ARGVMENTVM.



Poema *Phocylidis*, quod *Suidas* κεφάλαια fuisse inscriptum testatur, praecepta continet de bonis moribus, et honeste viuendo, quae quidem ex media humanitate, et Philosophia morali, aut Iure Naturae desumta sunt. Quare debent etiam pueris, et adolescentibus, imo senibus etiam quam commendatissima esse. Est enim velut primus gradus ad honestatem et virtutem, scire, quae sint facienda. Quod egregie docetur in hoc Poemate.

Φωκυλίδȣ Ποίημα Νȣθετικόν.

Νȣθετικὸν nos cum aliis doctis viris *Admonitorium* vertimus, quod non esset aliud commodius vocabulum, nisi voluissemus dicere *praeceptorium*, aut *iussorium*, quod nescimus, an satis Latine potuisset etiam fieri.

V. 1 Μήτε γαμοκλοπέειν, μὴ ἀσελγέα κύπριν ὀρίνειν] Non a Deorum cultu *Phocylides* exorsus est, vt fecit *Pythagoras* in aureis carminibus, sed a praeceptis de quibusdam grauibus peccatis vitandis. Quamquam ipse postea, tum ad eum locum venit, docet, ante omnia Deum colendum esse, vt viri eruditi etiam suspicentur, transpositos esse hos initii versus, et initium carminis fuisse πρῶτα Θεὸν τίμα etc. Sed vt ad textum reuertamur, praecipit *Phocylides* in hoc versu primo idem, quod Moses docet Lev. XX, 10, Deut. XXII, 22. Ex quo argumentum petimus, veteres Poetas nec minus etiam Philosophos sacras litteras legisse et ex iis deinde quaedam in suos transtulisse libros. Eiusmodi furta occurrunt in nostro Phocylide quam plurima. Caeterum ponuntur infinitiui in hoc versu et saepius apud Poetam loco imperatiuorum, Ionum more, vbi deest imperativus. Et est hoc Poetis Graecis vsitatissimum. Conferre de hoc Graecorum more prae caeteris iuuerit *Lambertum Bos* de Ellipsi Graeca p. m. 311 seq. et eruditissimum *Krebsium* in Animaduersionibus in *Plutarchi* libellum, quomodo iuueni Poetae sint audiendi p. 115 seq. *Schier.*

Μὴ

Μὴ ἀσελγέα κύπριν ὀρίνειν] *Neque lasciuam venerem exerce.* Facere non possumus, quin de voce ἀσελγὴς hic pauca obseruemus. Graeci homines ei semper eiusmodi ideam subiiciunt, quae a vitio ac improbitate desumitur. Verum dissident tamen, neque in origine, neque ipsa potestate, quam insitam habet siue propriam, ἀσέλγεια consentiunt interpretes. Quamobrem de singulis sigillatim dispiciemus. Sunt igitur, quibus dici videtur ἀσελγὴς ex α nempe, vti vocant, priuatiuo, et σελαγέω, *luceo, splendeo,* quoniam fieri nonnunquam solet, vt vocalis per Syncopen elidatur, quemadmodum cum aliis similibus, ἄπλαστος fit pro ἀπέλαστος, quam vocem habet *Sophocles* in Aiace Flagel. v. 256 p. 18 (Edit. Stolbergii)

—— —— τὸν ἄισ' ἄπλαστος ἔχει.

Rationes, quas adiiciunt, hae sunt: quod in eiusmodi voluptuariis, quales esse putant ἀσελγεῖς, omnis rectae rationis lux prorsus sit extincta, et quod eorum corpora a resurrectione non sint fulsura. Alii contra a Θέλγειν, quod demulcere est, vel notante *Frid. Taubmanno* ad Plaut. Amphitr. Act. 50. 2 p. 58, *decipere, aberrare a ratione,* addito α ἐπιτατικῷ, vocabulum nostrum deducunt. Accideret subinde, vt θ in σ mutare necessum haberemus, vt Dores hoc vel Lacones imprimis more olim vsuque receperant.

Sed omnium rectius a Σέλγη vrbe sita in Pisidia deriuatur, de qua conf. *Strabo* Geogr. L. XII. p. 854. Edit. Almelou. *Polybius* L. V, p. 179. (Edit.

Iacobi Gronouii) *Dionys. Alexandrinus* 'Οικουμ' Περιηγ' v. 858. seq. *Stephanus* in Geogr. p. 252. (Edit. Xyl.). Fuit autem *Selga* colonia deducta a Lacedemoniis, quod praeter testes citatos fide dignissimos numus etiam probat, qui est *Traiani, Decii* Imper. cum formula : Σελγέων λακεδαιμονίων ὁμόνοια de quo *Vaillant* in Numism. Imp. p. 131. (Edit. Paris.) Huius amplissimi quondam oppidi ciues certatim prope ab antiquis laudantur, quum modo ἀξιολογώτατοι τῶν πισιδῶν apud *Strabonem* l. c. p. 854, modo σώφρονες et σωφρονέστατοι apud eundem Strabonem l. c. et *Polybium* l. c. p. 579 audiant, vel vti, nisi, fidem excedere haec, quisquam putet, *Libanius* in Schol. ad Demosth. Orat. in Mid. p. 150. Edit. Heruag. ἐν Σέλγῃ, inquit, πάντες δίκαιοι ἦσαν, καὶ ἀρετῆς ἀνάμεστοι. Quae quoniam a diuersis optimisq; hoc modo nobis traduntur scriptoribus, inde consequi videtur, ita tunc Selgenses ad leges prudentiae, aequitatis, ac omnis, quanta quidem in eiusmodi hominibus intelligi potest, virtutis recte fortiterq; administrasse rempublicam, vt exemplis suis vnicuique praeluxerint. Quare Σελγέων more id fieri postea, quasi per appellationem, visum fuit, quod optimi ordinis formae, legibus bene instructis perinde ac omni virtuti singulariter conueniret, cum a contrariis plane rebus ac moribus, vocabula ἀσελγής et ἀσέλγεια originem ducerent. Egregie de hac voce disserit vir Graece doctissimus et hodie apud Hirschbergenses Prorector longe celeberrimus *M. Ioh. Christian. Leuschnerus* in perquam eleganti et erudite scripta Commentatione super origine ac genuina

vi

vi vocabuli ἀσελγεια ad intelligenda quaedam N. T. Loca Lipsiae 1746. in 4to. edita. *Schier.*

2 Μήτε δόλȣς ῥάπτειν] i. e. sis verus, studeas veritati, age cum hominibus aperte et candide. *Neander*.

Μήθ' αἵματι χεῖρα μιαίνειν] Confer cum hoc praecepto *Phocylidis*, quae *Moses* scribit Gen. IX, 6.

3 Μὴ πλȣτεῖν ἀδίκως] Alius Poeta dicit: *male parta, male dilabuntur.* Idem monet Salomo Prou. XXIIX, 22.

4 Ἀλλοτρίων ἀπέχεϑαι] Eandem fere sententiam expressit *Moses* Exod. XX, 17.

5 Ψέυδεα μὴ βάζειν] *noli mentiri.* Non dissimile est illud Sir. XX, 26.

6 Πρῶτα Θεὸν τίμα] idem praeceptum dedit etiam *Virgilius*, cum L. I. Georg. v. 338 canit

> Inprimis venerare Deos, —— ——
> Nam merito pietas homini tutissima virtus.

Et *Solon* apud *Diogenem Laertium* L. I.

Θεȣ̀ς τίμα, γονέας αἰδȣ̃. Item *Isocrates* in Orat. ad Demonicum p. 19. Edit. *Iacobi Facciolati*: τȣ̀ς μὲν ϑεȣ̀ς φοβȣ̃, τȣ̀ς δὲ γονεῖς τίμα, *Isocrates* dixit φοβȣ̃, time. In sacris litteris passim *Dei timor* inculcatur. Obseruandum est autem, analogiam quandam esse inter *timorem* et *religionem*: quod notauit *Seruius* ad Virgilium AEneid. Libr. 2, v. 715. Hinc illa apud Latinos, *religio est mihi dicere*, *religio est mihi facere*, id est, *metus*. *Schier.*

11. Παρθενίην τηρεῖν] *virginitatem custodi.* Non est generale praeceptum hoc, nec proprium habet significatum παρθενίη hoc loco. Si enim ita seruaretur, interiret genus humanum. Neque loquitur *Phocylides* de monastica virginitate. Sed aut castitas generaliter praecipitur, aut virginitas vsque ad matrimonium, et in matrimonio fides coniugalis. *Amerbachius.*

Πίστιν ἐν πᾶσι φυλάσσειν] *fidem in omnibus serua.* . regulam hanc non minus commendauit Rex omnium sapientissimus *Salomo* Prou. XXIIX, 20.

13. Σταθμὸν μὴ κρούειν] Turpissimum genus doli est, et callidissimum apud mercatores hoc, de quo vitando hic praecipitur. Solet enim pulsari ab illis deceptoribus librae iugum, vt lanx, in qua merx est posita, praeponderet alteri lanci, in qua pondus est collocatum, etiamsi pondus sit legitimum. Debet autem accommodari praeceptum ad omnes dolos, qui peraguntur ponderandis rebus. De quibus vitandis diligenter *Salomo* etiam Prou. XI, 1, c. XVI, 11. c. XX, 10. praecipit. *A.*

16 Ἐπαράσιμος] i. e. supplicio afficiendus, propterea quod id etiam duodecim tabularum legibus, (quas *Cicero* in Oratore suo Bibliothecas omnium Philosophorum vocat) cautum fuerit: quemadmodum *Plinius* scribit Histor. Nat. L. XXIIX. c. 2. *N.*

17 Μισθὸν μοχθήσαντι δίδου] Quantum sit flagitium non modo peccatum, aut non plenam, aut prorsus nullam dare mercedem operario, vel hoc

hoc ostendit, quod plerumque pauperes sunt huius generis homines, et pauperibus addendum potius aliquid est, quam detrahendum. Grande genus est hoc iniustitiae, de quo fugiendo sacrae litterae etiam loquuntur e. g. Leu. 19,13. Deut. 24,14. 1 Tim. V, 18. Iac. 5,4.

18 Γλώσσῃ νοῦν ἐχέμεν.] Hypallage est: νῷ γλῶσσαν κατέχειν δεῖ.

Κρυπτὸν λόγον ἐν φρεσὶν ἴσχειν] Hanc virtutem passim ob oculos etiam nobis ponunt diuini Scriptores, Prou. XX, 19. XXV, 9. Sir. XIX, 10. XXVII, 17. Iacob. III, 5. *S.*

22 Ἄστεγον] i. e. *domo carentem*, ab α priuat. et στέγη, domus.

25 Κοινὰ πάθη πάντων] i. e. omnes possumus fieri miseri, pauperes, exules, et aliorum opis indigentes: ideoque tales iuuandi sunt. *Neander.*

ὁ βίος τροχὸς, etc.] Docet *Phocylides* hic, rerum omnium vicissitudinem esse.

26 Πλοῦτον ἔχων κ. τ. λ.] Cic. L. I. Offic. c. 20. *Pecuniae fugienda cupiditas. Nihil enim est tam angusti animi, tamque parui, quam amare diuitias. Nihil honestius, magnificentius, quam pecuniam contemnere, si non habeas; si habeas, ad beneficentiam liberalitatemque conferre.*

28 Ἔστω κοινὸς ἅπας βίος] i. e. de tuo tanquam communi bono indigentibus communica. Non loquitur autem Poeta de κοινωνίᾳ Platonica, de qua est apud Platonem L. V, de Republ. p. 650. seq. edit. *Marsilii Ficini*: quae vxores et liberos et denique omnia communia facit: cum rerum pro-

prietatem *Phocylides* superioribus praeceptis approbarit et munierit. *N.*

33 Πάντων μέτρον ἄριστον] Idem præceptum aliquoties extat apud Homerum, Hesiodum et Theognidem. Et monet *Phocylides* tunquam generali praecepto, vt quisque in medio maneat: (μέτρον enim modum, mensuram, seu medium significat) et extrema fugiat: hoc est, id det operum, ne contra virtutem, quae est ipsum μέτρον et in medio consistit, suumque cuique tribuit, quicquam quoquomodo faciat. Idem.

38 ἡ φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.] Quam foedum et miserum, quam sordidum et indignum natura hominis vitium sit auaritia, plus, quam satis declarant exempla: versantur enim quotidie nobis ob oculos. Hanc *Phocylides* docet cum Scriptura sacra 1 Tim. VI, 10. fugiendam esse, dicitque matrem esse omnis malitiae. Nascuntur enim ex ea, teste *Theognide* p. 389. sq. doli, fraudes, insidiae, delationes, calumniae, contumeliae, conuitia, iniuriae, vanitates, periuria, furta, iurgia, rixae, dissensiones, seditiones, bella, caedes, similiaque multa. *N.*

39. Χρυσὸς ἀεὶ δόλος ἐστὶ etc.] Per Prosopopoeiam hoc loco auro et argento aliquid adscribitur, quod proprie hominibus imputandum. Non enim vitium est auri et pecuniae, sed humanarum cupiditatum, non recte vti illa. Diuitiae per se et sua natura sunt bonum aeque, ac aliae res, quibus homines vtuntur in vita, et conditae a Deo. Quod autem fiant malae, hoc fit per accidens, cum homines illis abutantur.

41 Μη-

44 Μηδ' ἕτερον κεύθῃς] i. e. da operam candori, sinceritati: fuge mendacia, calliditates et dolos.

45 Μηδ' ὡς πετροφυὴς πολύπους,] πετροφυὴς dicitur Polypus, propterea quod in periculo adhaerescit petris, et illarum colorem induit. Confer. *Plinius* Hist. Nat. T. I. L. IX, c. 29. p. 581. Edit. *Harduini*, *AElianus* Libr. var. Hist. *Theognis* v. 215. seq.

46 Ὅστις ἑκὼν ἀδικεῖ κ. τ. λ.] Quasi dicat, non statim pro improbo habeas eum, qui fecit iniuste, sed prius animum explora, volens ne fecerit an coactus.

47 Τὸ τέλος] Elliptice h. l. pro κατὰ τὸ τέλος. Sic ἀρχὴν et τὴν ἀρχὴν pro κατὰ τὴν ἀρχὴν, *initio, principio:* item, *prorsus, omnino. Soph.* Elect. p. m. 437, Antig. v. 92, Ioh. VIII. 25, τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Ita et *Afranius* apud Sosipatrum:

Principium hoc oro, in animo vt sic statuas
tuo,
Officiis cogi, vt abs te seorsum sentiam. *S.*

48 Μὴ γαυροῦ] In hoc versu vult *Phocylides*, vt agnoscamus imbecillitatem nostram, quod quaecunque nostra bona et dona nullius sunt momenti, si cum Deo et vera absolutione virtutis, a qua procul absumus, conferantur. *N.*

49 Εἷς Θεός ἐστι σοφὸς etc.] Ratio est superioris sententiae, quare non sit superbiendum. vid. etiam Rom. XVI, 27, ΜΘ. XIX, 26. *S.*

51

51 Οὐκέτι γὰρ δύναται κ. τ. λ.] Eandem fere ſententiam expreſſit Theognis v. 583 ſq.

— Τὰ μὲν προβέβηκεν, ἀμήχαν' ἐνεςι γενέσθαι

Ἔργα. *S.*

52 Μὴ προπετὴς κ. τ. λ.] Agit *Phocylides* hic de praecipitantia cavenda et ira refrenanda iuxta S. Scripturam Prou. XXIX, 22. Sir. XXVIII, 13. et Horratii etiam praeceptum Epiſt. L. I, Epiſt. 2. v. 62 ſeq.

— — Animum rege, qui niſi paret,
Imperat: hunc fraenis, hunc tu compeſce catena. Sch.

54 Ἔςω κοινὰ πάθη] i. e. appete mediocria, non ſumma: quod vita media ſit tutiſſima et tranquilliſſima, καὶ τὰ μεγάλα καὶ μεγάλα πάσχει κακὰ, vt quaeritur *Hecuba* apud *Euripidem*, ex regina opulentiſſima et potentiſſima ſubito ſerua facta. N.

56 Ἡ πολλὴ δὲ τρυφὴ etc.] Ἐν πλησμονοῦντι γὰρ κύπρις, ἐν πεινῶντι δ' οὔ: vt eſt in verſu Euripidis, apud *Athenaeum* L. VI. Et οἶνος γάλα Ἀφροδίτης. Lege etiam Prov. XX, 1, Sir. XIX, 1. *N.*

59 Ὀργὴ et μῆνις differunt: illud leuius et remiſſius eſt, hoc grauius et vehementius. Ὀργὴ eſt vlciſcendi cupiditas, vt hic ὄρεξις dicitur; μῆνις vero quod, habet adiunctum factum.

60 Ζῆλος τῶν ἀγαθῶν κ. τ. λ.] Monet hic *Phocylides*: bonis et honeſtis tantum rebus, hoc eſt, virtuti ſtudendum: turpia vero et Veneris ſtudia fugienda eſſe. *N.*

62 Σε-

62 Σεμνὸς ἔρως ἀρετῆς,] Hoc praeceptum non longe alienum est ab eo, quod diuus Paulus nobis inculcat, Eph. IV, 8: ὅσα σεμνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα, εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθαι.

Ὁ δὲ κύπριδος, αἶσχος ὀφέλλει] Iuxta S. Scripturam Prov. VI, 26, 33, Sir. XIX, 3, Eph. V, 3.

66 Ἑτάροις Poet. pro ἑταίροις. Hoc nomine *Pythagoras* discipulos suos apellauit, qui intimae erant admissionis, sicut reliquos cuiuscunque generis γνωρίμους dixit. Vid. *Schefferus* de Philosophia Italica c. XI, p. 89 seq. *S.*

Μὴ μῶμον ἀνάψῃς] i. e. noli carpere et reprehendere aliorum facta, quasi tu solus saperes, tu solus, quae recta sunt, perageres. *N.*

72 Σωφροσύνην δ' ἀσκεῖν.] τὸ σωφροσυνεῖν vocabulum est πολύσημον, quod varias habet significationes. Cum, κατ' ἔτυμον, idem sit, ac σώας ἔχειν τὰς φρένας, hinc τὸ σωφρονεῖν pariter atque voces cognatae: σώφρων, σωφροσύνη etc. generatim de *mentis* dicuntur *sanitate*. Vid. Marc. V, 15, 2 Cor. V, 13 Act. XXVI, 25. Speciatim autem, non solum de *sapientia*, *prudentia*, *scientiaue*, sed etiam vti hoc loco de *frugalitate temperantia* et *moderatione*, item de *castitate* ac *pudicitia*, nec non de *modestia*, cuius etiam *Cicero* Tusc. Quaest. Libr. 3, c. 8. τῇ σωφροσύνῃ tribuit notionem, vsurpari solent. Vid. praeter veteres λεξικογράφους, *Henricus Stephanus*, Thesaur.

ſaur. Graec. L. T. IV, p. 203. et *Joh. Caſpar Suicerus*, Theſ. Eccl. T. II, p. 1225 ſeq. *Schier.*

Ἀσκεῖν] eleganter adhibetur pro *colere*. *Ariſtophanes* Plut. v. 47 p. 9 Edit *Lud. Küſteri*: Ἀσκεῖν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον. i. e. *vt filius moribus inter noſtrates receptis ſtudeat.* Ita optime interpretatur hunc locum *Küſterus*. Conf. eiusdem comoediae v. 50. *Herodotus* Libr. I, c. 96 δικαιοσύνην ἤσκεε. Pythag. aur. Carm. v. 13 δικαιοσύνην ἀσκεῖν. *Iulianus* Miſopog. p. 354 Oper. (Edit. Lipſienſis) σωφροσύνην ἄσκεῖν. Et ſic ſaepiſſime alii. *Schier.*

73 Μὴ μιμοῦ κακότητα κ. τ. λ.] iuxta Praeceptum diui Petri Epiſt. I, c. 3, v. 9. i. e. *noli repellere iniurias iniuriis*; ſed magiſtratui, et quibus debetur, vindictam relinque: noli tibi ipſi eſſe iudex. *N.*

74 Πειθῶ κ. τ. λ.] Iuxta ſententiam *Biantis*: πείσας λάβε, μὴ βιασάμενος. *Laertius* in Biante.

75 Μὴ πίστευε τάχιστα] non temere credendum eſſe, res ipſa docet, ac multa alia dicta id monent. Valde ſignificanter autem hic loquitur *Phocylides*, cum dicit, *non eſſe credendum, niſi quod cernatur.* Non autem hoc dicit, quod nulli velit credi, ſed non citius et praecipitanter. Vt enim eſt temeritas, cuilibet credere; ita inhumanitas, nulli credere.

76 Νικᾶν εὖ ἕρδοντας κ. τ. λ.] Notum eſt, quod *Heſiodus* Ἔργ. καὶ ἡμέρ. v. 348,

Ἀυ-

Ἀυτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι:
Sic in hoc etiam verſu praecipitur. Eſt autem huius rei cauſa, quod, vt *Ariſtoteles* docet, melius eſt εὖ ποιεῖν, μὴ εὖ ποιεῖσθαι. *Amerb.*

79 Μηδέποτε χρήστης κ. τ. λ.] χρήστης proprie *foeneratorem* ſignificat: nos *exactorem* vertimus, generaliori vocabulo, vt accommodaremus ad omnia poteſtatum genera, id eſt, omnes eos, qui praeſunt aliis, quos monet *Phocylides*, ne ſint acerbiores, durioresque ſuis ſubditis: *cum boni paſtoris ſit, tondere pecus, non deglubere:* id eſt, ita accipere a ſubditis, vt etiam relinquatur, vnde et ipſi viuant, et poſtea vſui quoque ſint magiſtratui: quemadmodum *Tiberium* Caeſarem praeſidibus, onerandas tributo prouincias ſuadentibus reſpondiſſe ſcribit *Suetonius* in vita Tiberii c. 32. p. 404. *Edit. Petri Almeidae*, quae Hagae Comitum 1727. in 4. apud *Adrianum Moetiiens* prodiit. *N.*

80 Μηδέ τις ὄρνιθας καλιῆς κ. τ. λ.] Hoc Phocylidis praeceptum totidem fere verbis etiam in Moſe ſcriptum legitur, additam habens benedictionem diuinam: vt bene ſit tibi, et longo viuas tempore. Deut. XXII, 7.

82 Μηδέποτε κρίνειν κ. τ. λ.] Non eſſe permittendum iudicium de rebus, niſi peritis earum, monent hi duo verſus, nec fruſtra. Fieri enim ſolet, vt ſiue per ſtultitiam, ſiue per arrogantiam homines de operibus, de artibus iudicium ſibi ſumant, a quibus prorſus alieni ſunt, et quidem audent aliquando pronunciare, praeſentibus artificibus, non tantum quid ſibi videatur, ſed quid male videa-

videatur artificibus, et cum eis contendere. Tali fatuo recte *Apelles* dixit: *ne sutor vltra crepidam. A.*

84 ὁ χωρεῖ μεγάλην διδαχὴν ἀδίδακτος ἀκούειν] *non potest aut capax est rudis magnam doctrinam percipere.* In eodem significatu verbum χωρεῖν, quo nos hic adhibuimus, etiam occurrit Matth. XIX, 11. vbi Christus dicit: οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον: i. e. *non omnes capaces sunt eius, quod dixi.* Ita cum *Hug. Grotio* verti vult *Iacob Elsnerus* in Obseruationibus sacris in Libros Histor. N. T. p. 87. atque varia in hanc rem veterum loca affert. Eadem est sententia *Gussetii* in Lexico Hebr. rad. יכל, vbi τὸ χωρεῖν ostendit in variis linguis respondere τῷ δύνασθαι. Denique ἀκούειν pro *percipere, intelligere*, vt nos vertimus, etiam sumi (docuit *Guil. Buddaeus* Vir. Graecarum litterarum gnarissimus in Comment. Graecae Linguae et nuper celeberrimus *Reitzius* ad *Lucianum* T. III. p. 448. *Schier.*

87 Πολλοὶ γὰρ πόσιος κ. τ. λ.] Eandem sententiam totidem fere verbis expressit *Theognis* v. 115:

Πολλοί τοι πόσιος καὶ βρώσιός εἰσιν ἑταῖ-
ροι,

Et v. 643:

Πολλοὶ γὰρ κρητῆρι φίλοι γίγνονται ἑταῖροι.

Nec non *Ouidius*, qui Libr. I. Trist. Eleg. 8, v. 5 seq. scribit:

Donec eris felix, multos numerabis amicos:
Tempora si fuerint nubila, solus eris

Et *Horatius* Libr. I. Carm. Od. 35,

—— —— diffugiunt cadis
Cum faece siccatis amici. *Schier.*

88

88 Ἐπὴν κοϱέσασθαι ἔχωσιν] Verbum ἔχω conſtructum cum Infinitiuo, vti hoc loco, ſignificat *poſſum.* Ita occurrit etiam apud *Xenophontem* Paed. 5. ἔχεις τινὰ πλεονεξίας ἐμȣ̃ κατηγοϱῆσαι. *Schier.*

90 Λαῷ μὴ πίϛευε. κ. τ. λ.] Par eſt inconſtantia vulgi et foeminae. Sed illius propter imperitiam et corruptam educationem, rerumque ſordidarum tractationem: huius propter imbecillitatem ingenii et naturae. Hinc eſt, quod *Ouidius* Libr. I. Triſt. Eleg. 8, v. 13, vulgus cum aqua velut comparat, qua nihil eſt propter humiditatem fere mobilius:

Mobile ſic ſequitur fortunae lumina vulgus.
Amerbach.

91 Λαός τοι, καὶ ὕδωϱ κ. τ. λ.] Iuxta Prou. Salom. c. XXX, 16.

92 Μηδὲ μάτην ἐπὶ πῦϱ κ. τ. λ.] Prohibet *Phocylides* hoc loco curas nimias, et temere ſine vlla cauſa ſuſceptas, ad ignem deſidendo, quod ſolent facere homines praecipue tempore frigoris, quemadmodum eſt apud *Heſiodum.* *N.*

94 Γαῖαν ἐπιμοιϱᾶσθαι κ. τ. λ.] De mortuis ſepeliendis nec ſepultis eruendis *Phocylides* in hoc et ſequenti verſu agit. Viderunt enim ſapientes ethnici, aliquid eſſe praeſtantius in natura humana, quam eſſet in pecudibus, nec interire ſimul omnia cum hac ſenſibili, vt ſic dicam, vita, propterea poſt mortem etiam cadaver hominis honore aliquo affici debere, quem Latini ſepulturam vocarunt a ſepeliendo, quod putant

ſepiendi ſignificationem habere. In eo namque ſumma rei conſiſtit, vt terra condatur, et tegatur cadauer, et velut ſepiatur, hoc eſt, muniatur aduerſus iniuriam beſtiarum, et immanium hominum, qui parum a beſtiis admodum differunt. Appellatur idem honor apud eosdem Latinos et humatio, eandem ob cauſam, et locus iam monumentum a conſeruatione memoriae mortuorum, iam ſepulchrum, aut tumulus a conte&tione et ſpecie, quam exhibet illa conte&tio. Fuit is Veteribus Graecis et Romanis ſacer et religioſus. Quam conſuetudinem Chriſtiani merito retinuerunt, mutatis ceremoniis et ritibus priſcorum, vt decuit fieri. Minime itaque ſunt audiendi Cynici, qui iubent ſe inhumatos proiici, et dicunt nihil referre, vbi corpus ſit poſt mortem. *Cicero* ſcribit in Tuſculanis Quaeſt. maximis ingeniis praeditos magna cura coluiſſe, et inexplicabili religione ſanxiſſe (haec enim ſunt eius verba) ceremonias ſepulchrorum. Quanto minus Chriſtianis, apud quos omnia debent fieri *εὐχυμόνως*, vt ſan&tus *Paulus* 1 Cor. XIV, 40. inquit, licet ſepulchra violare. *Amerbach.*

97 *ἐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλυέμεν ἀνθρώποιο.*] Vult hic Poeta, non eſſe vitam abrumpendam, ſed naturam, aut Deum expe&tandum, velut euocatorem ex hac vita. Fuerunt enim, qui ſtudio quodam conſequendae immortalitatis, et abiciendi corporis, ipſi conſciſcerent ſibi mortem. Sicut de Cleombroto *Callimachus* Epigr. XXIV. p. 200. (Edit. illuſtris *Spanhemii*) ſcribit, quod le&to Platonis libro de immortalitate animae, ſe in mare de

muro

muro abiecerit. In eo libro cum doceatur a Socrate: Philoſophorum vitam eſſe tantum commentationem mortis, fuit hoc etiam quaerendum, debeat, ne ſapiens afferre ſibi manus, vt quam citiſſime liberetur e carcere corporis animus. Et additur hoc non eſſe faciendum, quia in hac cuſtodia ſimus diuinitus collocati, et hominem eſſe velut Dei mancipium, quod non debeat aufugere ſine illius mandato. Verba Platonis inter alia de hac re ſunt: *ὁ ἰὸς τοίνυν ταύτην ȣ̓κ ἄλογον μὴ πρότερον αὐτὸν ἀποκτιννῦναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ Θεός ἐπι πέμψῃ, ὥσπερ καὶ τὴν νῦν ὑμῖν παρȣ̃σαν.* Ex quibus verbis et reliquis eius loci haec *Cicero* ſcripſit: Cato autem ſic abiit e vita, vt cauſam moriendi nactum ſe eſſe gauderet. Vetat enim dominans ille in nobis Deus iniuſſu hinc nos ſuo demigrare. Cum vero cauſam iuſtam Deus ipſe dederit, vt tunc *Socrati*, nunc Catoni, ſaepe multis, ne ille medius fidius vir ſapiens laetus ex his tenebris in lucem illam exceſſerit, nec tamen illa vincula carceris ruperit: Leges enim vetant, ſed tanquam a magiſtratu, aut ab aliqua poteſtate legitima, ſic a Deo euocatus, atque emiſſus exierit. Hactenus *Cicero*, a quo et ipſo Platone ſicut a plerisque aliis Philoſophis nos Chriſtiani diſſentimus, qui ob nullam cauſam iudicamus hominem ſibi vim inferre debere. Et errauit ſane *Cicero*, ſi fas eſt mihi hoc dicere, qui putauit, Catonem honeſte viuere in ſeruitute non potuiſſe. Non enim ſunt inhoneſta, aut turpia, quae citra noſtram culpam acciderunt. Quanto rectius *Martialis* Libr. XI, Epigr. XXXIII p. 777

Edit. *Matthai Raderi*, quae Moguntiae 1627 in fol. prodiit:

Rebus in angustis facile est contemnere vitam,
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Item alibi: *summum nec metuas diem, nec optes.* Hoc enim est inseruire et parere Deo, ac naturae, quae est vera fortitudo animi. Rectius etiam *Phocylides*, qui nullam exceptionem addit, sed dicit, non esse hominis compagem (potest autem hic etiam intelligi de caede, quae fit a nobis in aliis) soluendam vi, cum alioquin cito per naturam hoc sit futurum, et quidem sic, vt anima sit mansura incorrupta. *A.*

98 Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης κ. τ. λ.] Resurrectionis dogma in hoc et sequentibus versibus neutiquam ita a Phocylide declaratur, vt non possit de Metempsychosi exponi, neque clarius adstruitur, quam in hisce Epicharmi apud *Plutarchum* in Consol. ad Apollonium:

Συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη,
Καὶ ἀπῆλθεν ὅθεν ἦλθε πάλιν,
Γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω.

vel in *Euripidis* Chrysippo p. 504 Edit. *Iosuae Barnesii*, quae Cantabrigiae 1609. 4. in fol. prodiit:

Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
Φύντ' ἐς γαῖαν· τὰ δ' ἀπ' αἰθερίȣ
Βλαςόντα γονῆς εἰς ȣ̓ράνιον
Πόλον ἦλθε πάλιν. Θνήσκει δ' ȣ̓δὲν
Τῶν γινομένων.

conf. *Fabricii* Biblioth. Graec. Vol. I. L. II. c. XI, p. 443 seq.

101 Πνεῦμα γάρ ἐςι κ. τ. λ.] Hic verſus Poetae pulchre conuenit cum eo, quod in ſacris litteris Gen. I, 27. dicitur: *hominem conditum eſſe ad imaginem Dei.*

104 Πλϐτω μὴ φείδω κ. τ. λ.] i. e. vtere tuis opibus, dum viuis, ad res honeſtas, neceſſarias et conceſſas; quia omnibus eſt moriendum. Non pugnat hoc praeceptum cum eo, quod vnus de ſeptem ſapientibus iuſſit: *compara viaticum ad ſenectutem.* Item alius, φείδω ὡς ἀθάνατος. Sed prohibet auaritiam, propter quam etiam dicitur homini tam deeſſe, quod habet, quam quod non habet. Atque ſicut illud eſt dictum prodigis; ita hoc dictum eſt auaris, amboque ad medium, hoc eſt, virtutem prouocantur. Magis autem plerumque peccant homines auaritia, quam prodigalitate, ideoque *Ariſtoteles* dixit hoc vitium illo facilius ſanari et corrigi poſſe. Hinc eſt etiam, quod plura praecepta ſapientum hominum de contemnendis diuitiis, quam de vitanda auaritia prodita ſint, non quod ſint abiiciendae opes, et nihil hominibus vtiles, ſed ne habeamus eas in eo loco et ordine bonorum, in quo non debent haberi. Si qui autem ſimpliciter damnauerunt eas, vt *Stoici*, illi non ſunt bene ſani, proptereaque explodendi cum ſua ſapientia. Sentiunt nobiſcum etiam ſacrae litterae, quae dicunt: *Diuitiae ſi affluxerint, nolite cor apponere*, non dicunt: *abiicite diuitias.* Nec obſtat, quod Chriſtus Marc. X, 25. dicit: *facilius eſt, camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum coelorum.* Non enim ibi diues

eum ſimpliciter videtur ſignificare, qui multa poſſidet, ſed qui ſic poſſidet, vt ſpem poſitam et fiduciam habeat in diuitiis, quales plerumque ſunt diuites, et talis erat adoleſcens, cum quo erat nunc locutus Chriſtus, et ad quem haec verba ſunt accommodata. Addit *Phocylides* in hoc loco, meminiſſe nos debere, quod mortales ſimus, et nihil ad inferos auferamus nobiſcum. Talia paſſim in Latinis Poetis occurrunt, e. c. in Ouidio ad Liuian Aug. v. 357 ſq.

Fata manent omnes. Omnes expectat auarus
Portitor: et turbae vix ſatis vna ratis.
Tendimus huc omnes; metam properamus ad vnam.
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas.

apud *Horatium* Libr. I. Carm. Od. 4, v. 13.

Pallida mors aequo pulſat pede pauperum tabernas,
Regumque turres.

Et *Propertium* L. III. Elog. 4, v. 35:

Haud vllas portabis opes Acherontis ad undas:
Nudus ab inferna ſtulte vehere rate.

Amerbach.

Μέμνησ' ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις] *hominem eſſe memineris.* Hoc ſe moneri quotidie volebat *Philippus* a ſeruo, vt eſt apud *Aelianum* var. Hiſt. L. 8, c. 15. p. 154. Edit. Schefferi, Φίλιππε, ἄνθρωπος εἶ. *S.*

106 Πάντες ἴσοι νεκύων] Hoc habet inter caetera iuſtitiae ſuae natura praecipuum, quod cum ad exitum ventum eſt, omnes in aequo ſumus,

vt

vt dicit *Seneca*. Et mors certe aequabit, quos pecunia separauit, vt *Plinius* alicui in mundi sui historia scribit. Quod *Lucianus* etiam: quamuis omnia rideat, indicare voluit in Dialogo contra Menippum T. I. Oper. p. 265. (Edit. Ioh. Georg. Graeuii) vbi facit reges satrapasque apud inferos mendicantes, et aut salsamenta vendentes, aut primas ipsas litteras, vrgente inopia, profitentes, contumeliis praeterea a quouis affectos vt vilissima mancipia. Philippum quoque Macedonem, Alexandri M. patrem, in angulo detritos calceos mercede resarcientem commemorat. *N.*

108 Ξυνὸς χῶρος ἅπασι]. Ξυνὸς Attice dicitur pro κοινὸς *communis*. Hinc ξυνωρὶς, *bigae compar*, quod nomen appellatiuum *Caesar Baronius* in Martyrologio Romano pro proprio accipiens puerilem errauit errorem. *Xynoris* haec fuerat inducta ex loco male intellecto S. *Ioh. Chrysostomi* Hom. IV de Lazaro, vbi *Xynoris* par martyrum designat, *Iuuentium* scilicet et *Maximum*, qui imperante *Iuliano*, Antiochiae coronam martyrii inuenerunt. Sed non in omnibus editionibus *Caesaris Baronii* Martyrologii Romani hunc errorem deprehendimus, sed in iis tantum, quae *Romae* ex typographia *Dom. Basae* 1568 in fol. Venetiis 1587. iterumque 1597 in 4. et Antwerpiae 1589 in fol. prodierunt. Rariores proinde sunt hae editiones, imo tam rarae, vt *Theophilus Raynaudus* audeat *Combefisium* mendacii arguere, quod in Romano *Baronii* Martyrologio sanctae *Xynoridos* nomen legi dixerit. *Vbi*, inquit, *in Romanis, quas Aduersarius*

Baronio tribuit, tabulis ſancta Xynoris. Scilicet ſuppreſſae ſunt priores Martyrologii editiones, et in poſterioribus nomen hoc non amplius deprehenditur; dum *Baronius* a *Nicolao Fabro*, *Petro Pithoeo*, *Petro Ducaeo* aliisque amicis admonitus, *Xynoridem* ſuam in nihilum, vnde malis auibus venerat, retro egerit. conf. *Thomas Ittigius* in Biblioth. et Catena Patrum p. 157 ſeq. *Morlierius* in Eſſais de Litterature pour la connoiſſance des Liures T. I, p. 23 ſeq. *Georg. Serpilius* de Libris rarioribus et *Ioh. Vogtius* in Catalogo Hiſtorico Critico Librorum rariorum p m. 73 (Edit. nou.) *Sch.*

109 Ου πολὺν ἄνθρωποι ζῶμεν χρόνον] iuxta enunciatum Regis *Dauidis* Pſ. XC, v. 10. item *Herodoti*: βραχύς ἐστιν ὁ πᾶς ἀνθρώπινος βίος et *Hippocratis*: ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή.

111 Μήτε κακοῖς ἄχθου.] Ad magnitudinem animi pertinent haec verba, cuius officium eſt, inuictum ſe praebere in omni fortuna, hoc eſt, nec frangi in duris rebus, nec ſuperbire in ſecundis. Δεῖ τὰ καὶ τὰ φέρειν, i. e. aduerſa et laeta eodem ferre animo, vt iubet *Pindarus*. *N.*

114 Ἀχθομένοισι κακοῦ λύσις ἤλυθεν ἄφνω.] Conſolatio eſt, qualis eſt *Horatii* Libr. II. Carm. Od. X, non ſi male nunc, et olim ſic erit, et Graecum Prouerbium: Θεὸς ὑπὸ μηχανῆς ἐφανείς. *N.*

115 Μὴ μεγαληγορίῃ κ. τ. λ.] Egregium eſt hoc praeceptum. Vult enim *Phocylides*, ne morem

rem geramus animi libidini, et petulantiae in dicendo, ſed vt refrenemus ipſi nos. Non tamen hoc intelligi debet, quaſi non ſint reprehendenda hominum vitia, et qui ad dicendum, et ſcribendum valent, non debeant morum corruptionem et peccata hominum carpere et vituperare, ſed quod modus adhibendus quidam ſit et ratio, nec temere aliqui nominandi, nec, niſi priuatim moniti, noluerint ſe ipſi emendare, quodque caput eſt rei, nihil prorſus falſi admiſcendum,ſed rem nudam, hoc eſt, veritatem dicendam eſſe, non tamen in quibuslibet erratis, niſi generaliter, et quanta poteſt fieri modeſtia. Vtinam homines hoc monitum bene ſibi notarent! Nihil enim dubito, quin maior eſſet inter multos homines beneuolentia, ſtudium, conſenſus, amor. *Amerbach.*

117 Ὅπλον τοὶ λόγος ἀνδρὶ κ. τ. λ.] Magna eſt apud doctos querela, nudum et inermem naſci hominem, nec addi ei proceſſu aetatis arma, quibus ſe contra vim defendat, ac ſane vera. Sed hoc tamen etiam debebat cogitari, mentem et iudicium homini, quod multo eſt, quam reliquorum animantium omnium arma,nobilius, datum eſſe, quo et arma, quando vult, excogitare poteſt facile, et excogitatis expedite, ac prudenter vti. Hinc eſt, quod nullius beſtiae robur contra vim humanam tuta eſt, ac omnes quidem, ſi ſit congrediendum, ac dimicandum ab inſtructis vtrinque,vinci poſſint ab homine. Sed quorſum haec? vt intelligatur, non ita male proſpectum eſſe hac in parte nobis a natura,vt nonnulli conqueruntur, nec immerito tamen

cum videant homines inter ſe alios crudelius, quam vllas beſtias ſaeuire in alios, ac vere abuti ſuis armis. Addidit praeterea Numen diuinum nobis aliud armorum genus, ſermonem, vel praecipue in hoc, vt, ſi qua de re non conuenit inter nos verbis, diſceptatione vtamur, pro ſua quisque cauſa defendenda. Quanquam propter alia quoque habemus ſermonem, propter hoc tamen videmur eum habere ſingulariter, vt nos et noſtra tueamur, et conſequamur apud alios, quae ſunt ad honeſtam vitam neceſſaria ſine vi aut armis. Atque hoc eſt, quod *Phocylides* hic dicit, alia aliis animantibus contigiſſe arma, homini ſermonem contigiſſe pro armis. *Idem.*

125 Ουχ ὅσιον, κρύπτειν κ. τ. λ.] Monet his verbis *Phocylides*, vt malos et facinoroſos homines non defendamus, non foueamus, nec cum iisdem conuerſemur ſeu publice ſeu priuatim: propterea quod, quemadmodum eſt apud *Heſiodum,* vatem ſapientiſſimum, Ἐργ. v. 238, p. 40. Edit. celeb. *Krebſii.*

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἐπαυρεῖ,
Ὅστις ἀλιτραίνει, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται. *N.*

128 Φωρῶν μὴ δέξῃ κ. τ. λ.] Juxta Prou. Salom. c. XXIX, 24.

130 Μοῖραν πᾶσι νέμειν,] Hic verſus veluti Epiphonema adiectus eſt, iubens ſuum cuique tribui. Eadem quoque praecepit *Paulus* ad Rom. XIII, 7. *S.*

131 Ἀρχόμενος φείδου πάντων κ. τ. λ.] Monet *Phocylides*, circumſpecte res eſſe incipiendas juxta πολυθρύλλητον: *ſera in fundo parſimonia.*

132 Μὴ κτήνεσς θνητοῖο βορὴν κ. τ. λ.] Sunt, qui vocem βορὴν in hoc verſu paſſiue accipiant: vt ſenſus ſit, mortalis pecudis eſum, quantumuis moderatum, haud attingendum eſſe: vt Pythagorica ἐμψύχων ἀποχὴ hoc loco praecipiatur, ſicut mox v. 137. Vide *Sylburgii* Notas in Phocylidem p. m. 92. Sed nos ſupra cum *Vito Amerbachio* aliisque doctis viris hunc verſum ita interpretati ſumus, vt coniunxerimus haec duo nomina κτήνεσς et βορὴν, per appoſitionem, quod alant homines et pecudes, vt hoc velit Poeta, quod in ſacris litteris etiam praecipitur, praebendum cibum et alia neceſſaria pecudi; vt ſtabulum, ſtratum, quietem. Eſt et ſane magnam ferociam, et inhumanitatem in quibusdam cernere, qui in equos, et alia animalia, quibus tamen aluntur, ſummam crudelitatem exercent. Parcendum eſt omnino omnibus beſtiis, quantum patitur res. Mites homines et lenes ne muſcam quidem, aut pulicem ita interficiunt, vt non mallent eius vitam relinquere, ſi non eſſent moleſti, aut non laederent. Qua de re D. *Auguſtus Fridericus Müllerus,* in Iure Naturae Germanice ſcripto c. 3, §. 7 Schol. et *Ioh. Henricus Wincklerus* iu Iur. Nat. p. 131. Edit. Secund. nobiſcum conſentiunt.

133 Κτῆνος δ' ἢν 'χθροῖο πέσῃ κ. τ. λ.] Iube-

Iubemur hic erigere pecus inimici, cum in via ceciderit, hoc eſt, inimico benefacere: quod praeceptum valde pium eſt, et ex Moſis ſcriptis Exod. XXIII, 5 et Deut. XXII, 4 petitum videtur. *Sch.*

134 Πλαζόμενόν τε βροτὸν κ. τ. λ.] Erranti viam demonſtrare, vnum eſt ex illis officiis, quae omnes homines inter ſe debent. Sicut *Cicero* Offic. Libr. I c. 16, p. 822 Edit. *Erneſt.* docet. Poteſt enim praeſtari ſine incommodo noſtro. Et idem *Cicero* Libr. III c. 13 p. 907. Offic. ſcribit: quod erranti viam non demonſtrare, publicis execrationibus fuerit ſancitum Athenis, hoc eſt, quod in illa vrbe legibus etiam conſtitutum fuerit, vt publice malediceretur, et optaretur diuina poena illi, qui viam erranti non demonſtraſſet, ita vt non ſit res digna praemio facere hoc, ſed non facere, magna ſit turpitudo, & in gens flagitium. Huc pertinent omnia officia, quae poſſunt praeſtari ſine incommodo noſtro, et non poſſunt omitti ſine damno indigentium illis. *A.*

135 Βέλτερον ἀντ' ἐχθρῶ κ. τ. λ.] *Phocylides* in hoc verſu inuitat nos ad homines adiungendos potius nobis beneuolentia et officiis, quam ad alienandos odio et malefactis. Ita enim eſt vita hominis comparata, vt non poſſit amicitia carere. Sed bene obſerues velim regulam, quam *Syrus* Mimi dat: *Caue amicum credas, niſi quem probaueris.* Vitium eorum, qui amicos ſibi ſumunt ſine examine, *Lucianus* vocat ἀκρασίαν περὶ

ἐι τὰς φίλας, in Timone p. 72 Edit. *Ioh. Georg. Graeuii.* Quare tutiſſimum eſt, vt fere doctiſſimus quisque ſentit, quam pauciſſimos habere, quibus intime et familiariſſime vtaris. Et *Martialis* admodum eſt ſuaue de hac re carmen L. XII, Epigr. p. 809 Edit. *Matthæi Raderi*:

Si vitare velis acerba quaedam,
Et triſtes animi cauere morſus,
Nulli te facias nimis ſodalem.
Gaudebis minus, et minus dolebis.

Nam inter amicos debet eſſe quaedam mutua reuerentia et cultura, quae vix poteſt in nimia familiaritate exiſtere, ex qua, vt inquiunt Iureconſulti, contemtio dignitatis naſcitur. *A.*

136 Ἀρχόμενον τὸ κακὸν κόπτειν,] Quod hic *Phocylides* breuius poſuit: incipiens malum praecidendum eſſe, et ſanandum vlcus: id paulo latius et copioſius Ouidius de Remediis Amoris v. 91 ſeq. ita expreſſit:

Principiis obſta. Sero medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.
Sed propera: nec te venturas differ in horas.
Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.
Flumina pauca vides de magnis fontibus orta,
Plurima collectis multiplicantur aquis.
Vidi ego, quod fuerat primo ſanabile vulnus,
Dilatum longæ damna retuliſſe moræ.

Quam vero vtile ſit hoc praeceptum vniuerſae vitae humanae, ſatis dici non poteſt. Experimur hoc non tantum quotidie in republica, ſed et in re domeſtica, quanti referat malis mature obuiam

obuiam ire. Domus vitiata, aut imbribus, aut aliqua alia caufa, facile poteft, et exiguo fumtu refici principio, faepe vnica tegula, aut latere, aut tabula, aut trabe, quae poftea, quum latius malum ferpfit, non centum aureis commode reftituitur, et quidem nulla vetuftatis culpa, fed tantum negligentiae. *Amerbach.*

137 Μηδέ τι θηροβόρον δαίτη κρέας] Docet hic *Phocylides*, ne quis carnem vel putridam, vel a feris adefam, quae lupis et canibus debetur, feu vendat, feu manducandam proponat: quemadmodum faepiffime folet fieri in iis ciuitatibus praecipue, in quas magna multitudo peregrinorum commeare folet, vt funt conuentus, caftra, emporia, Academiae et fimilia loca, nifi magiftratuum diligentia, vel naturalis quaedam gentis probitas repugnet. *Neander.*

139 Μαγικῶν βίβλων ἀπέχεσθαι.] Prohibet abftinere a diabolicis et impiis libris et artibus. Caeterum Magiae nomen olim non fuit infame, vt nunc eft. Magi enim non erant plebeiae fortis homines, fed philofophi et eruditi, et apud Perfas, Athiopas, Chaldaeos et Indos ex regia ftirpe proceres, quemadmodum id quoque ex Herodoto clarum eft. *Id.*

140 Νηπιάχοις] Per νηπιάχους *Phocylides* hoc loco omnes eos intelligit, qui funt dolis et iniuriis obnoxii, quales funt fimplices, pupilli, viduae, pueruli etc. quos non laedendos effe praecipit. *Id.*

142 Μὴ

142 Μὴ κακὸν εὖ ἔρξῃς·] Mali non iuuandi beneficiis, quod et ea pereant, et bonis ea detrahantur, ipsique in eo magis confirmentur. Ita explicanda sunt haec verba.

Ἶσον ἐς' ἐνὶ πόντῳ] Eadem loquendi formula etiam vsus est *Theognis* v. 106.

Ἶσον καὶ σπείρειν πόντον ἁλὸς πολιῆς.

Similiter dicunt Graeci: Καθ' ὕδατος vel εἰς ὕδωρ γράφειν. *Lucianus* in Cataplo p. 437 Edit. *Ioh. Georg. Graeuii:* Παίζεις ὦ χάρων, ἢ καθ' ὕδατός φασιν ἤδη γράφεις, παρὰ Μικύλλου ἤδη τινὰ ὀβολὸν προσδοκῶν. i.e. Ludis o Charon, vel potius in aqua, vt aiunt, scribis, qui a Micyllo iam obolum vllum expectes. Inde est, quod *Catullus* dicit Carm. LXVIIII. p. 428, Edit. splendidissimae *Ioh. Antonii Vulpii*, quae Patauii 1737 in 4 prodiit:

Mulier cupido quod dicit amanti,
In vento, et rapida scribere oportet aqua. *S.*

143 Ἐργάζευ κ. τ. λ.] Laborem *Phocylides* hic commendat, & addit hanc rationem, vt proprium acquiramus, ne furemur, aut more parasitastrorum de aliena viuamus quadra.

145 Μηδ' ἄλλου παρὰ δαιτὸς ἔδοις] idem praeceptum relatum legimus, Sir. XLI, v. 30.

153 Μύρμηκες γαίης κ. τ. λ.] Commodata Phocylidi dedit haec Salomo, Prou. VI, 6 seq.

164 Μὴ μείνῃς ἄγαμος κ. τ. λ.] Tradit nunc *Phocylides* praecepta de coniugio, de vxore ducenda, et vitandis omnibus libidinibus, et nuptiis incestis,

ſtis, a quibus naturâ quoque quisque abhorrere debet. Da coniugio autem etiam apud ethnicos et eius vſu, multa reuerenter et honeſte dicta leguntur. *Plato* ideo iubet vxorem ducere, vt quisque Deo pro ſe alium relinquat cultorem. Sic enim ſcribit Libr. VI. de Legibus p. 869. (Edit. Marſilii Ficini:) Χρὴ τῆς ἀειγενοῦς φύσεως ἀντέχεσθαι, τῷ παῖδας καταλείποντι, ἀεὶ τῷ Θεῷ ὑπηρέτας ἀνθ' αὐτοῦ παραδιδόναι. Vt praetereamus tam multas aliorum de coniugio ſobrias diſputationes, quam quae maxime ab *Ariſtotele*, *Xenophonte*, et *Plutarcho* ea de re ſapienter praecepta ſunt. *N.*

166 Μὴ προαγωγεύσῃς ἄλοχον] Apud gentes quasdam turpiſſimae et teterrimae coniugiorum leges fuerunt, ab ipſo diabolo dictatae: quemadmodum Babyloniis, quorum mulieribus lege praeceptum fuerat, vt ad Veneris templum deſidentes, cum externis viris conſuetudinem haberent, vt ſcribit *Herodotus* Libr. I p. 65 (Edit. *Thom. Gale*) Et Cypriae virgines corporis publica proſtitutione ad littus maris exeuntes, dotem ante nuptias quaerebant: quemadmodum *Iuſtinus* Libr. XVIII, c. 5 memorat. *N.*

168 Μὴ μητρυιῆς κ. τ. λ.] *Epicurus* nec a matre abſtinere iuſſit, ipſe praeco diaboli: quemadmodum ſcribit *Theophilus* L. 2 contra gentes. Quae item de Alcibiade Athenienſi illo vndecunque etiam celebrato, recitant *Athenaeus* et *Xenophon*, de Piſiſtrato Herodotus, *Nerone* quoque, portento illo impuriſſimo *Pauſanias* et Suetonius. Verum ab his horrendis turpitudinibus

nibus etiam bruta animalia abhorrent: vt de camelis scribit *Aristoteles*, eos ὀκ ἐπιβαίνειν μητέρα. *N.*

171 Μηδ᾽ ἐπὶ παλλακίδεσσι πατρὸς λεχέεσσι μιγείης] *Et cum pellicibus patris concumbere noli.* Confer. cum hoc versu, quae *Moses* dixit *Lev.* XVIII, 8. et *Deut.* XXII, 30. Varias habent Græci voces, quibus mulierem corpus suum publicantem notant, inter quas, praeter παλλακὴν in hoc versu sunt ἑταίρα, πόρνη et χαμαιτύπη praecipuae, quae autem omnes ita differunt. Χαμαιτύπη, *Scortum triuiale* est, *prostibulum*, ab adu. χαμαὶ, humi, in terra, et τύπτω quasi quod humi sternitur, vnde χαμαιτυπία, scortatio cum vili et abiecto scorto; item χαμαιτυπεῖον, Ganeum ein Sauf- und Huren-Haus: πόρνη vulgaris est meretrix, quae quibuslibet mercedis et victus quaerendi gratia corpus suum περᾷ i. e. vendit. Talem olim habere fuit turpe, non tamen adeo, vt nunc est. Ἑταίρα amica, per vrbanitatem Solon Atheniensis ἑταίραν appellauit, quae πόρνη dicitur apud *Plutarchum* in Solone. Alias ἑταίρα honestum quoque nomen fuit, quippe etiam virgines appellabant ἑταίρας, socias. confer. *Athenaeus* Libr. XIII, p. 570. Δειπνοσ. Ridiculo errore *Athenaei* interpres κορίσκην (*puellam*) et χαμαιτύπην (*Scortum*) vertit *Coriscam* et *Chamaetypen*, quasi essent nomina propria. Παλλακὴ et παλλακὶς, ἴδ☉ pellex et pallaca: Pellex Latinum a pelliciendo autore *Festo*, Concubina. Aul. Gell. Noct. Attic. L. IV, c. 3, quanquam sint, qui inter Pallacam et Pellicem differentiam agnoscunt: Pallacam vocant, quae cum coelibe: Pel-

 licem,

licem, quae cum eo, qui vxorem habet, consueuit. Hanc differentiam legimus etiam apud *Demosthenem* in orat. in Neaeram p. 534 (Edit. *Hieronymi Wolfii*, quae Basileae ex officina Heruagiana 1572 in fol. prodiit) et digna sunt eius verba de hac re, quae hic exscribantur: Τὰς μὲν γὰρ ἑταίρας ἡδονῆς ἕνεκα ἔχομεν, τὰς παλλακὰς τὴν καθ' ἡμέραν θεραπείας τοῦ σώματος, τὰς δὲ γυναῖκας τοῦ παιδοποιεῖσθαι γνησίως, καὶ τῶν ἔνδον φύλακα πιστὴν ἔχειν. i. e. meretrices enim voluptatis causa alimus, concubinas propter quotidiana ministeria et curationem corporis, vxores propter ingenuos liberos suscipiendos, et fidelem rei familiaris administrationem et custodiam. De his aliisque scortorum appellationibus egit *Cuperus* Obseruat. Libr. I, c. 16. *Schier.*

172 Μηδὲ γυνὴ κ. τ. λ.] Id flagitium sceleratissimum et horribilissimum etiam *Iuuenalis* Satyricus in sui temporis diuitibus insectatus est Satyr. VI, p. 184 Edit. *Henr. Christian. Henninii* his versibus:

Sed iacet aurato vix vlla puerpera lecto,
Tantum artes huius, tantum medicamina possunt,
Quae steriles facit, atque homines in ventre necandos.

Conducit. *Schier.*

173 Μηδὲ τεκοῦσα κ. τ. λ.] Quemadmodum id veteribus vsitatissimum fuisse, etiam ex *Terentio* nouimus. Sic exponitur *Cyrus* infans, Rex deinde Persarum factus, vt scribit *Herodotus* L. I, quamuis *Xenophon* de ea expositione nihil prodat. Sic

Sic quoque Romulus et Remus fratres expositi et a lupa educati, vt scribit *Plutarchus*, *Liuius* L. I, c. 4, et *Florus* L. I, c. 1. Sic *Pindarus* Lyricorum ille princeps suauissimus et castissimus, in Baeotia expositus, ab apibus pascitur, vt meminit *Dion*, Orat. LXV. Plura eiusmodi exempla, vid. apud *Pausaniam*, *Aelianum* etc. *N.*

174 Μηδέ τις ἢ ἀλόχῳ κ. τ. λ.] Vxor non est mariti famula aut serua; sed vitae et bonorum socia. Quare non debet inclementer, nec aliis temporibus tractari, minime vero, quando grauida est. Idque in hoc versu *Phocylides* praecipit. Sunt nonnulli viri adeo agrestes et crudeles, vt existiment, se non viros dici posse, nisi verberent vxores, et pro mancipiis vtantur eis. Παρακαλῶ δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, inquit d. Paulus, ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας, καὶ μὴ πικραίνεσθε πρὸς αὐτάς. Col. III, v. 19.

175 Μηδ' ἂν παιδογόνον κ. τ. λ.] Praecipit hic versus, non esse virilitatem adimendam iis, qui possint generare. Notum est, veteribus Graecis et Romanis imo toti pene Orienti et omnibus gentibus mollioribus, hoc genus hominum in deliciis fuisse, et Eunuchi ab eo, quod in cubiculis, aut gynaeceis multum custodiae et ministerii causa inter potentum mulieres et virgines versarentur, dicti sunt. *N.*

181. Μηδ' ἐς ἔρωτα κ. τ. λ.] Naturalis est amor inter marem et foeminam. Is hoc loco non interdicitur, sed insania et furor, et velut libidinis quaedam profusio. Qualis in plerisque cernitur, qui nec dormire, nec cibum ca-

pere, nec aliud quicquam recte facere possunt prae hac rabie. Vitium hoc Latine *Cicero* Tuscul. Quaest. L. IV. c. 11. mulierositatem ex Graeco φιλογύνεια vocat. Significanter autem hic locutus est *Phocylides*, cum dixit: non fluas in amorem, sicut Latine dicitur, *luxuria aut libidine diffluere*. *N*.

184. Στέργε τεὴν ἄλοχον] Iuxta praeceptum diui Pauli Eph. V, 25. οἱ ἄνδρες ἀγαπᾶτε τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν. et *Platonis* de Legibus Libr. IIX. p. 914. Edit. *Marsilii Ficini*, ubi ait: μηδένα τολμᾶν, μηδενὸς ἅπτεσθαι, πλὴν γαμετῆς ἑαυτοῦ γυναικός: i. e. nemo debet aliam attingere, praeter legitimam suam uxorem. *N*.

188. Μηδὲ γυναῖκα κακὴν κ. τ. λ.] Praecipit hic *Phocylides*, non in coniugio dotes spectandas, sed probitatem, pietatem et similes virtutes juxta f. scripturam Prov. XXI, 9. Sir. XXV, 23. 25. 26. *Xenophontis* praeceptum in Oeconomico, οὐ τοῦτο δεῖ λογίζεσθαι πότερος ἄρα ἀριθμῷ πλείω συμβέβληται· ἀλλ᾽ ἐκεῖνο δεῖ εὖ εἰδέναι, ὁ πότερος ἂν ἡμῶν βελτίων κοινωνὸς ᾖ. Quanquam ad formam quoque recte accommodatur, et inprimis ad aetatem. Videmus enim vehementer incautos quosdam, ne dicam stultos, qui sexagenarii, aut septuagenarii, aliquando octogenarii puellulas vix maturas adhuc ducunt. Ac merito illi postea poenas dant suae nequitiae, cum non habent vxores, sed dominas et imperatrices. Probe dictum est ab *Aristophane*: δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή. Hac enim parte quoque viri crebrius peccant, quam mulieres.

Pec-

Peccant tamen et mulieres. Inde eſt, quod *Deianaria* conqueritur apud Ovidium Heroid. Epiſt. IX. v. 29. ſeq.

Quam male inaequales veniunt ad aratra iuvenci,
Tam premitur magno coniuge nupta minor.
Non honor eſt, ſed onus, ſpecies laeſura ferentes:
Si qua voles apte nubere, nube pari. A.

189 Λατρέυσης δ' ἀλόχῳ] Idem ſentit *Megadorus* dives apud *Plautum* in Aulularia Act. III, Sc. V, v. 61. ſeq. dum ait:

Nam quae indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri.
Dotatae mactant et malo et damno viros.

Quod quia pauci conſiderant, ſequuntur Satyricum illud apud *Juuenalem* Satyr. III, v. 140:

Protinus ad cenſum, de moribus vltima fiet
Quaeſtio. N.

190 Ἵππȣς δ' ἐυγενέας κ. τ. λ.] Eundem locum iisdem fere verbis *Theognis* quoque in ſuis Gnomicis expoſuit.

193 ȣδὲ γυνὴ κακὸν κ. τ. λ.] Iuxta mentem Salomonis Prov. XIV, 20.

194 Μηδὲ γάμῳ γάμον ἄλλον ἄγῃς] Polygamiam prohibet in hoc verſu *Phocylides*, non digamiam. Cum enim procreandae ſobolis cauſa ante iuſſerit vxorem ducere, cur omnino prohiberet nunc alteram ducere, non video cauſam. Poteſt enim fieri, vt moriatur prima

prius, quam peperit aliquid. Fuit autem Polygamia gentibus vsitatissima, praecipue regibus et principibus, quorum aliqui trecentas vxores habuisse leguntur. Confer. *Athenaeus* Libr. XIII, (p. 577. Edit. Isaaci Causaub. vbi quoque haec Aristotelis verba leguntur de eodem negotio: ὀκ ἐικὸς ἐις χρῆσιν ἐἶναι τὸ πλῆθος γυναικῶν, ἀλλ' ἐις γέρας, ἐπεὶ ὀδὲ τὸν πολὺν οἶνον ἐις τὸ μεθύειν παρεσκευάζονται. Et legibus quidem Polygamia concessa fuit gentibus, διὰ σπάνιν ἀνθρώπων, quemadmodum ibidem docetur. *Diogenes Laertius* in vita Socratis idem similiter prodidit. *N.*

196 Ἦν δέ τι παῖς ἀλίτῃ κ. τ. λ.] Huc pertinet illud Deut. XXI, 18 seq. ex quo fortasse Mosis loco sumtus est hic versus Phocylidis. Praeterea de vocabulo παιδὸς hic quaedam annotare liceat. Παῖς Graecis a παίειν dicitur, et illum significat, qui eius vel aetatis, vel status ac conditionis est, vt παίειν siue percutere ipsum liceat. Chorus apud *Aristophanem* in Vespis v. 1288 seq. p. 323. Edit *Ludolph. Küsteri* Θεσμοθέτην iam seniorem percussum et querulantem ita alloquitur: τί δ' ἐστιν, ὦ παῖ; παῖδα γὰρ, κἂν ᾖ γήρων, καλεῖν δίκαιον, ὅστις ἂν πληγὰς λάβῃ, i. e. *quid est, o puer? puerum enim, licet sit senex, appellare aequum est, quicunque plagas patitur.* Vnde *puerum, seruum, famulum* notat. Idem *Aristophanes* ἅπτε παῖ λύχνον. Deinde *filium* significat, idemque plane est ac υἱὸς, et in foemino genere, *filiam.* Prioris exemplum hic occurrit: posterioris in *Sophoclis* Electr.

Electr. v. 364. Eadem ſignificatione apud alios ſcriptores frequentiſſime legitur, *Homerum*, *Demoſthenem*, *Plutarchum*, *Pauſaniam*, *Laertium*, *Libanium* Quem υἱὸν dixit *Aelianus* Libr. III. Var. Hiſtor. c. 26. p. 84. et Libr. X. c. 1, p. 180. Edit. Schefferi paulo poſt vocat παῖδα. Et Plato Alcibiadem κλεινίου παῖδα p. 429. Edit. *Marſilii Ficini* vocat, qui filius Cliniae Cornelio Nepoti. Mirum ergo, quod ὁ πάνυ *Heinſius* in Ariſtarcho ſuo reprehendit Nonnum, tanquam Helleniſticae Linguae, quae nulla vnquam fuit, ignarum, qui Dei filium appellat παῖδα Θεοῦ. Nam παῖς et δοῦλος idem ſunt in Helleniſtica, et υἱὸς filium deſignat. Verum *Nonnus* tueri ſe poterat auctoritate Lucae Evangeliſtae, qui ipſe, ſi *Heinſio* credimus, Helleniſta, quatuor in locis filium Dei παῖδα nuncupat Act. III, 13, 26, c. IV, 27, 30. Quod παῖς apud Lucam idem ac υἱὸς agnoſcit etiam *Hugo Grotius*, et ex Eraſmo notat, παῖδα, cum de Jeſu dicitur, filium verti ab Ambroſio et Hilario. *Schier.*

201 Παιδὸς δ' εὐμόρφου φρουρεῖ] In hoc et tribus ſequentibus verſibus *Phocylides* monet parentes et hortatur, vt liberorum ſuorum pudicitiae conſulant. Iubet puellas domi retineri, vt non conſpiciantur foris tantiſper, dum elocatae fuerint. Non autem hoc ita intelligi debet, quod nuptis nulla tali cura et modeſtia ſit opus. Imo debent hae quoque ſe domi continere, quantum rei familiaris ratio prorſus patitur ac non tantum conſeruare pudicitiam, et caſtitatem

coniugalem ſed etiam vitare petulantiam et omnes ſuſpiciones turpitudinis. Qua de re ſic praecipit Horatius Libr. III Carm. Odę 7, cuidam matronae deſiderio mariti moeſtae:

Prima nocte domum claude: neque in vias
 Sub cantu querulae deſpice tibiae:
 Et ſaepe vocanti
 Duram difficilis mane.

205 Κάλλος δυςήρητον κ. τ. λ.] Quod hic de pulchritudine dicitur, eſt apud *Iuvenalem* Sat. X, v. 292 ſeq. cuius loci principium adſcribam:
Sed vetat optari faciem Lucretia, qualem
Ipſa habuit: cuperet Rutilae Virginia gibbum
Accipere, atque ſuam Rutilae dare, Filius autem
Corporis egregii miſeros, trepidosque parentes
Semper habet: rara eſt adeo concordia formae,
Atque pudicitiae, ſanctos licet horrida mores
Tradiderit domus, ac veteres imitata Sabinas etc. *Amerbach.*

206 Συγγενέεσιν φιλότητα νέμοις] non fruſtra monemur de amandis cognatis, et exercenda cum eis concordia. Nam ſaepe, vt inquit *Ouidius:* Non *hoſpes ab hoſpite tutus.* Non *ſocer a genero, fratrum quoque gratia rara eſt*, et cum ad opes quaerendas, et tuendas, tum ad ſuauitatem, et tranquillitatem, atque decus vitae nihil aeque neceſſarium eſt, quam concordia et amor

amor cognatorum inter se. Quare amemus cognatos et nos invicem. A.

207 Ἀιδεῖσθαι πολιοκροτάφȣς] Nemo fere de moribus docet, quin hoc etiam moneat ac praecipiat, quod hic *Phocylides* monet: senes honorandos esse.

Magna fuit capitis quondam reuerentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat,

inquit *Ouidius* Libr. V. Fastor. v. 57 seq. Et sacrae litterae Lev. XIX, 32: *coram cano capite consurge.* Ita M. *Cicero* Libr. I. Offic. c. 34 docet; *adolescentium esse maiores natu reuereri*, quod apud nostrum Phocylidem αἰδεῖσθαι dicitur.

213 Δȣ̃λον μὴ βλάψῃς κ. τ. λ.] Vel praecipit hoc aliis, ne seruum, quia seruus est abiectae et contemtae conditionis, sine causa deferant apud eum, cui seruit, vt plagis affictatur: Vel ne dominus ipsum conuiciis laceret, et accuset apud magistratum, tantum vt miserum eo magis exerceat.

214 Λάμβανε καὶ βȣλὴν κ. τ. λ.] Monet hic *Phocylides* perapposite, nullius consilium esse aspernandum, iuxta Prouerbium: *Saepe etiam est olitor valde opportuna locutus.*


215 Ἁγνεῖαι ψυχῆς σȣ κ. τ. λ.] i. e. si ad praecepta viues, quae tibi praescripsi, et animam et corpus purum seruabis ab omnibus peccatis et turpibus. Is enim finis doctrinae de moribus,

bus, ac denique totius philoſophiae eſſe deber, vt homines honeſtatis et aequitatis amantes faciat, vt honeſtis et bonis laetentur, turpia vero fugiant. *N.*

216 Μυςήρια] vocat *Phocylides* ſua praecepta *μυςήρια δικαιοσύνης* propterea fortaſſe, quod Graecia tum fuit rudis adhuc Philoſophiae et nondum fuerunt tales ſententiae de moribus et honeſta vita propoſitae hominibus. De caetero clauſulam carminis Phocylidei Chriſtiano homine parum dignam eſſe contra eos, qui Chriſtianum hoc carmen ſcripſiſſe putant, Obſeruat elegans ſcript. Hiſt. Oper. Erudit. *Henr. Basnagius* Bellouallius 1699 p. 183. Alia, inquit, *Basnagius*, praemia pietatis propoſita fuiſſent ab Auctore Chriſtiano. vid. *Fabricii* Biblioth. Graec. Vol. I, L. II, c. XI, p. 444. Edit. tertiae.



INDEX



INDEX I.

VOCABVLORVM

QVAE

IN PHOCYLIDE OCCVRRVNT.

A

Ἀπέ-

Γαμο-

"Εμφυ-

'Εὐθὺ,

Κορέ-

Μα-

idem

Πε-

Χεῖμα



INDEX II.
AVCTORVM
IN HOC LIBELLO ALLEGATORVM.

Mai-

LIPSIAE
TYPIS STOPFELIANIS.

